li consolatione nos letificent: vt
promissa certius sperēmꝰ eterna.
Per dñm. Cōio. Redime me deꝰ isrl: ps. 42
ex omnibus angustiis meis. Postcōio.
Da q̄s oēs deus/ vt q diuina
sunt iugiter exequētes: do

uis mereamur: celestibus ppinquare. Per. Super populum. Oratio



Da nobis quesumus dñe pseuerantē in tua voluntate famulatū: vt in diebus nostris et merito et numero plebs tibi seruiēs augeat. Per dominum. ¶ Feria quarta. Offiu.

ps. 17 Liberator meus de gētibus iracūdis ab insurgētibus in me exaltabis me/a viro iniquo eripies me dñe. Ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meū et liberator meus. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorū corda fidelium miserator illustra: ꝛ quibus deuotionis pstas affectū: pbe supplicātibus piū benignus auditū. P. Lectio lib. leuit.

19. In diebus illis. Locutus est dñs ad moysē dicēs. Ego dñs deus vester. Nō facietis furtū: nō mētiemini: nec decipiat vnusquisqꝫ primū suū. Nō piurabis ī noīe meo nec pollues nomē dei tui: ego dñs. Nō

C facies calūniā primo tuo: nec vi opprimes eū. Nō morabitur opus mercenarii tui apud te: vsqꝫ mane. Nō maledices [illegible]: nec corā ceco pones offendiculū. Sed timebis dñm deū tuū: quia ego sū dñs. Nō facies quod iniquū est: nec iniuste iudicabis. Nō cōsideres psonā pauperis: nec honores vultū potētis. Iuste iudica pximo tuo. Nō eris criminator et susurro ī ppłis. Nō stabis contra sāguinē primi tui: ego dñs. Non oderis fratrē tuū ī corde tuo/sed publice argue eū: ne habeas sup illo pctm. Nō queras vltionē: nec memor

D eris iniurie ciuiū tuorū. Diliges amicū tuū: sicut teipm. Ego dñs: leges meas custodite. Ego enī sū

dñs deus vester. Gr. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. V. Dñe deus meus clamaui ad te: ꝛ sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aīam meā saluasti me a descendentibus in lacū. Scd̄m iohannē. ps. 29



In illo tēpe. Facta sūt encenia in hierosolymis: et hyems erat. Et ambulabat iesus in tēplo: in porticu salomonis. Circūdederūt ergo eū iudei: ꝛ dicebant ei. Quousqꝫ aīam nostram tollis? Si tu es xps: dic nobis palā. Rñdit eis iesus. Loquor vobis: ꝛ nō creditis. Opa que ego facio ī noīe patris mei: hec testimoniū phibent de me. Sed vos nō creditis: quia nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meā audiūt: ꝛ ego cognosco eas et sequūtur me. Et ego vitā eternā do eis ꝛ nō peribūt ī eternū: et nō rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pr mēus quod dedit michi maius oībus est: ꝛ nemo pōt rapere de manu pris mei. Ego et pr vnū sumus. Sustulerūt lapides iudei: vt lapidarent eū. Rñdit eis iesus Multa bona opa ostendi vobis ex pre meo: ppter quod eorū opus me lapidatis? Rñderūt ei iudei. De bono ope nō lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu hō cū sis: facis teipm deū. Rñdit eis iesus. Nōne scriptū est in lege vrā: quia ego dixi dii estis Si ergo illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: ꝛ nō potest solui scriptura: quē pr sctificauit ꝛ misit in mūdū vos dicitis quia blasphemas: quia dixi filius dei sū. Si non facio opa pris mei: nolite credere michi. Si autē facio: ꝛ si michi nō vultis credere opibus credite. Ut cognoscatis ꝛ credatis: quia in me pr

ps. 58. ꝙ ego i patre. Off. Eripe me de ini
micis meis deus meꝰ: ꝛ ab insurgenti-
bus in me libera me domine. Secreta
ANnue misericoꝛs deꝰ: vt ho
stias placationis ꝛ laudis:
sincero tibi deferamꝰ obsequio. per.
ps. 25. Co. Lauabo īter innocētes manꝰ meas: ꝛ
circuibo altare tuū domine: vt audiam
vocem laudis tue et enarrem vniuersa
mirabilia tua. Postcōmunio.
CElestis doni bñdictione per
cepta: supplices te deꝰ oīps de
pcamur: vt hoc idē nobis ꝛ sacramē
ti causa sit ꝛ salutis. p. Sup ppl'.
ADesto supplicationibꝰ nrīs
oīps deus et quibus fidu
ciam sperande pietatis indulges
consuete mīe tribue benignus ef
fectū. Per dñm. ¶ Feria. v. Offīn



Danie. 6. E OMnia q̄ fecisti no-
bis dñe: in vero iudicio
fecisti: qꝛ peccauimꝰ ti-
bi: ꝛ mādatis tuis non
obediuimꝰ sed da gl'iam noī tuo ꝛ
fac nobiscū scd'z multitudinē mīe
47. tue. Ps. Magnꝰ dñs ꝛ laudabilis nimis
i ciuitate dei nrī, i mōte scō eius. Or.
PResta q̄s oīps deus vt dignī
tas conditionis humane per
immoderātiā sauciata medicina
lis parsimonie studio reformetur
Per dn. Lectio danielis prophete.
D IN diebꝰ illis. Orauit daniel
dicēs. Dñe deꝰ ne despicias
ppl'm tuū: neqꝫ auferas mīaꝫ tuā
a nobis. Propter abrahā dilectū
tuū: ꝛ isaac seruū tuū et isrl' sācrū
tuū: qbꝰ locutꝰ es pollicēs ꝙ mul-
tiplicares semē eoꝝ sicut stellas ce
li: ꝛ sicut arenā q̄ est i littore mariꝫ
Qꝛ dñe iminuti sumꝰ plusq̄ oēs
gētes: sumusqꝫ hūiles i vniuersa
tra hodie ꝓpt' pctā nrā. Et nō est i
tpe hoc ꝓpheta ꝛ princeps et dux
neqꝫ olocaustū neqꝫ sacrificiū neqꝫ
oblatio: neqꝫ incēsū: neqꝫ locꝰ p̄mi
tiarum corā te: vt possimꝰ īuenire
mīam tuā. Sed i aīo cōtrito ꝛ spū
humilitatis suscipiamur. Sicut i
olocaustū arietū ꝛ tauroꝝ ꝛ sicut
i milibꝰ agnoꝝ pinguiū: sic fiat sa
crificiū nrm̄ i cōspectu tuo hodie:
vt placeat tibi qꝛ nō est ꝯfusio cō-
fidētibꝰ i te. Et nūc sequimur i to
to corde ꝛ timemꝰ te: ꝛ q̄rimꝰ faciē
tuā ne ꝯfundas nos: sed fac nobi
scū iuxta māsuetudinē tuā: ꝛ scd'z
mltitudinē mīe tue. Et erue nos
in mirabilibꝰ tuis: ꝛ da gloriā noī
tuo dñe. Et ꝯfūdātur oēs qui ostē
dunt seruis tuis mala. Cōfūdant
i oīpotētia tua: ꝛ robur eoꝝ ꝯtera
tur. Et sciāt qꝛ tu es dñs deꝰ solꝰ:
ꝛ gl'iosꝰ sup oēm terrā: dñe deꝰ nr.
Gr. Tollite hostias ꝛ introite i atria ps. 25.
eiꝰ: adorate dñm in aula scā eius. V.
Reuelauit dñs cōdēsa ꝛ in tēplo eiꝰ oēs ps. 28.
dicēt gloriam. Secundū iohannem.



IN illo tpe. Cū 7.
audissēt qdā de
turba sermones ie-
su: dicebant. Hic est
vere ꝓpheta. Alij di-
cebant hic est xp̄s.
Quidā aūt dicebāt.
Nūqd a galilea xp̄s
venit? Nōne scriptura dicit: qꝛ ex
semine dauid: ꝛ de bethleē castel-
lo vbi fuerat dauid xp̄s venit?
Dissēsio itaqꝫ facta est in turba p
pter eū. Quidā aūt ex ipsis vole-
bant apprehēdere eū: sꝫ nemo mi
sit in illū manꝰ. Venerūt ergo mi G
nistri ad pontifices et phariseos.
Quibꝰ illi dixerūt. Quare nō addu
xistis eū? Rñderūt ministri. Nunq̄
sic locutꝰ est hō: sicut hic loquitur.
Rñderūt ergo pharisei. Nunqd ꝛ
vos seducti estis. Nūqd aliqd ex

principib⁹ aut ex phariseis credi:
dit i eu? Sed turba hec que nō no
uit legem maledicti sūt. Dixit ni:
chodem⁹ ad eos ille q̄ venerat ad
iesū nocte: q̄ vn⁹ erat ex ipsis. Nū
quid lex nr̄a: iudicat hoīez nisi au
dierit ab ipso prius: & cognouerit
q̄d faciat? Resp̄derūt & dixerūt ei. Nū
q̄d & tu galileus es? Scrutare scri
pturas & vide q̄z propheta a gali
lea nō surgit. Et reuersi sūt vnus
Ps. 136 quisq; in domū suam. Offer. Sup
flumina babylonis illic sedim⁹ & fleui:
m⁹ dū recordaremur tui syon. Secr.

Domine de⁹ nr̄: q̄ i his poti⁹
creaturis quas ad fragili:
tatē nr̄e subsidiū cōdidisti: tuo quo
q; nol munera iniciāda cōsti:
tui: tribue q̄s. vt & vite nobis p̄sē:
tis auxiliū: & eternitatis efficiant
sacramētū. p. Co. Memento verbi
tui seruo tuo dn̄e: in q̄ michi spē dedisti
hec me cōsolata est i hūilitate mea. P⁹c.

Quod ore sumpsim⁹ dn̄e pu:
ra mēte capiam⁹: & de munē
re tēporali fiat nobis remedium
sempiternum. Per. Super p̄p̄lm.

Esto q̄s dn̄e propicius plebi
tue: vt q̄ tibi non placent re
spuēs: tuoꝝ potius repleatur dele
ctationibus mandatoꝝ. Per dn̄z.
Feria sexta. Officium.



Ps. 30. Miserere michi do
mine q̄m tribulor: li:
bera me et eripe me
de manib⁹ inimicoꝝ
meoꝝ: & a persequen
tibus me domine non confundar
q̄m inuocaui te. Ps. In te dn̄e spera
ui: non cōfundar in eternum. Oratio.

Cordib⁹ nr̄is dn̄e grām tuā
benign⁹ īfunde: vt peccā nr̄a
castigatiōe volūtaria cohibētes:
tēpaliter poti⁹ maceremur q̄ sup:
pliciis deputemur eternis. Per.

Lectio hieremie prophete.

In dieb⁹ illis. Dixit hieremi 17.
as. Dn̄e oēs q̄ te dereliq̄rūt:
cōfūdent. Recedētes a te i tra scri:
bent: q̄m dereliq̄rūt venā aquarū
viuētiū dn̄z. Sana me dn̄e & sana
bor: saluū me fac et salu⁹ ero: q̄m
laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad
me: vbi est vbū dn̄i? veniat. Et ego
nō sū turbat⁹ te pastorē sequēs: &
diē hoīs nō desideraui tu scis. Qd
egressū ē de labiis meis: rectū i cō:
spectu tuo fuit. Non sis michi tu
formidini: spes mea tu in die affli
ctiōis. Cōfūdant q̄ p̄sequunt me:
& nō cōfūdar ego. Paueāt illi: & nō
pauēā ego. Induc sr̄ eos diē affli:
ctiōis & duplici cōtritiōe cōtere eos:
dn̄e de⁹ nr̄. Gr. Pacifice loq̄bant mi Ps. 34.
chi inimici mei & i ira molesti erāt michi.
V⁹. Vidisti dn̄e de⁹ me⁹ ne sileas ne di
scedas a me. Secundum iohannē.



In il. t. College 11.
rūt pōtifices &
pharisei cōsiliū aduer
s⁹ iesum dicebāt. Quid
facim⁹ q̄z hic hō mul
ta signa facit. Si di
mittimus eū sic: oēs
credēt i eū. Et venient
romani: & tollēt nostrū locū & gen
tē. Unus aūt ex ipsis cayphas no
mine: cū esset pontifex anni illius
dixit eis. Uos nescitis quicq̄ nec
cogitatis: quia expedit vobis vt
vnus moriat hō pro populo: & nō
tota gēs pereat. Hoc aūt a semet
ipso non dixit: sed cū esset pōtifex
anni illi⁹ p̄phetauit: q̄z ies⁹ moritu:
rus erat p gēte. Et nō tm̄ p gēte:
sz vt filios dei q̄ erāt dispersi cōgre
garet i vnū. Ab illo ergo die cogi:
tauerūt interficere eū. Iesus ergo
iā nō palā ābulabat apud iudeos
sed abiit in regionē iuxta desertū:

17. in ciuitatẽ que dicit̃ effrem. Et ibi
morabat̃: cũ discipulis suis. Offer.
118. Benedictus es dñe doce me iustificatio
nes tuas: et non tradas calumniantib⁹
me superbis: et respondebo exprobran:
tibus michi verbum. Secreta.
Presta nobis misericors de⁹
vt digne tuis seruire sẽp al
taribus mereamur: & eorũ perpetua
participatiõe saluari. p. Cõio. Ne
26. tradideris me dñe ĩ alas persequentiũ
me: q2 insurrexerũt in me testes iniqui &
mẽtita est iniquitas sibi. Postcõio.
Sumpti sacrificij dñe perpe:
tua nos tuitio non derelin:
quat: & noxia semp a nobis cũcta
depellat. Per dñm. Sup populũ.
Concede q̃s oĩps deus: vt qui
Ps. 34. protectiõis tue gratiã q̃ri:
mus: liberati a malis oĩb⁹ secura
tibi mẽte seruiam⁹. p. ¶ Sabbõ.
Offi. Miserere michi do. vt s. or.
11. Proficiat q̃sum⁹ dñe plebs
tibi dicata pie deuotiõis af:
fectu: vt sacris actionib⁹ erudita:
quãto maiestati tue fit gratior: tã
to donis potiorib⁹ augeatur. Per
dñm. Lectio hieremie prophete.
18. In dieb⁹ illis. Dixerũt impij
iudei adinuicẽ. Venite cogite
mus cõtra iustũ: cogitatiões. Nõ
enĩ peribit lex a sacerdote: neq3 cõsi
liũ a sapiẽte: nec sermo a ppheta.
D Venite & percutiam⁹ eũ lingua &
nõ attẽdam⁹ ad vniuersos sermo
nes eius. Attẽde dñe ad me: & au:
G di voces aduersariorũ meorũ. Nũ:
q̃d redditur p bono malũ: q2 foderũt
foueã aĩe mee? Recordare q̃ stete
rim in cõspectu tuo vt loquerer p
eis bonũ: & auerterẽ ĩdignationẽ
tuã ab eis. Propterea da filios eorũ
ĩ famẽ: & deduc eos ĩ manu gladij.
Fiãt vxores eorũ absq3 liberis et
vidue: & viri earum interficiantur
morte. Iuuenes eorũ cõfodiantur
gladio in prelio: audiat̃ clamor de
domib⁹ eorũ. Adduces sup eos la
tronẽ repẽte: q2 foderũt foueã vt
caperẽt me: et laq̃os absconderũt
pedibus meis. Tu autẽ dñe: scis oẽ
consiliũ eorũ aduersũ me ĩ mortẽ:
Ne ppicieris iniq̃tati eorũ: & pctm
eorũ a facie tua nõ deleatur. Fiãt
corruẽtes in conspectu tuo: in tẽ:
pore furoris tui dñe deus meus.
Gr. Pacifice loquebantur. vl⁹ Vidi:
sti domine. Secundum iohannem.



In illo t. Dixit 6. F
ies⁹ discipulis
suis. Amẽ amẽ dico
vobis: nisi mãduca:
ueritis carnem filij
hoĩs & biberitis ei⁹
sãguinẽ: nõ habebi:
tis vitã ĩ vob̃. Qui
mãducat meã carnẽ et bibit meũ
sanguinẽ: hʒ vitã eternã. Et ego
resuscitabo eũ: in nouissimo die.
Caro mea vere est cibus: & sãguis
me⁹ vere est potus. Qui mãducat
meã carnẽ & bibit meũ sãguinẽ: in
me manet & ego ĩ illo. Sicut misit
me viuẽs pr̃: & ego viuo ppter pa
trẽ. Et q̃ mãducat me: ipse viuet p
pter me. Hic ẽ panis q̃ de celo de:
scẽdit. Nõ sicut mãducauerũt pr̃es
vr̃i mãna ĩ deserto: & mortui sunt
Qui mãducat hũc panẽ: viuet in
eternũ. Hec dixit ĩ synagoga: docẽs
sabbõ in capharnaũ. Multi ẽ au
diẽtes ex discipl̃is ei⁹ dixerũt. Du
rus est hic sermo. Et q̃s potest eũ
audire. Cognouit autẽ ies⁹ apd̃ se:
metipsũ q2 murmurarẽt de hoc di
scipuli ei⁹: & dixit eis. Hoc vos scã G
dalizat. Cũ ẽ videritis filiũ hoĩs:
ascẽdẽtẽ vbi erat prius. Spũs est
q̃ viuificat: nã caro nichil prodest.
Verba q̃ ego locut⁹ sũ vob̃: spũs

ꝗ vita sūt. Sȝ sūt qdā ex vobis: q̄ nō credūt. Sciebat eī ab iītio ies⁹ q̄ essēt credētes: ⁊ q̄s traditur⁹ eēt eū. ⁊ dicebat. Ꝓpterea dixi vobꝫ: qꝛ nemo pōt venire ad me: nisi fuerit ei datū a pr̄e meo. Ex hoc ꝗ multi discipuloꝝ ei⁹ abierūt retro: ⁊ amplius cū illo nō ābulabāt. Dixit ergo ies⁹ ad duodeci. Numqd ⁊ vos vultis abire? Rn̄dit ergo ei symō petr⁹. Dn̄e ad quē ibim⁹? Verba vite eterne habes. Et nos credim⁹ ⁊ cognouim⁹: qꝛ tu es xp̄s fili⁹ dei. Rn̄dit ei ies⁹. Nōne ego vos duodeci elegi: ⁊ vn⁹ ex vobis dyabol⁹ est? Dicebat eni de iuda symonis scariothis. Hic eni erat traditur⁹ eū: cū esset vn⁹ ex duodecim. Offr̄. Recordare qd̄ steterim i cōspectu tuo / vt loquerer pro eis bonū: et auerterē indignationem tuam ab eis. Secreta.

Præsta q̄s om̄s de⁹: vt ieiunio rū placat⁹ sacrificiis īdulgētie nos munere ꝓsequatꝫ. Per d. Cōio. Ne tradideris me. Postcōio.

Diuini muneris satiati largitate q̄s dn̄e de⁹ noster: vt huius semper participatione viuamus. Per dn̄. Sup populum.

Tueat q̄s dn̄e dextra tua ppl'm tuū deprecātē: ⁊ purificatū dignāter erudiat: vt consolatiōe p̄nti foueat ⁊ ad futura bōa ꝓficiat. P.

Dn̄ica i ramis palmaꝝ: post tciā fiat aqua bn̄dicta ⁊ aspgat ab ebdomadario. Post aspsionē ⁊ ocōnē mag̃r scolariū nō i supplicio legat i medio āte grad⁹ altaris ꝓpe choꝝ ad aqlonē cōuersus lectionē p̄missio titulo. Lcō libri exodi.

15. In dieb⁹ illis. Venerunt filii isrl' i helym vbi erāt duodeci fōtes aquaꝝ ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sunt iuxta aquas. Ꝓfectiq3 sūt de helym: et venit

oīs multitudo filioꝝ isrl' i desertū syn: qd̄ est iter helim ⁊ synai q̄nto decio die mēsis scdi: postq̄ egressi sūt de terra egypti. Et murmurauit oīs cōgregatio filioꝝ isrl' contra moysē ⁊ aarō: i solitudine. Dixerūtq3 ad eos filii isrl'. Vtinā mortui essem⁹ p manū dn̄i i terra egypti: qn̄ sedebam⁹ sup ollas carniū: ⁊ comedebam⁹ panes in saturitate. Cur eduxistis nos i desertū istud: vt occideretis omnē multitudinē fame. Dixit aūt dn̄s ad moysē. Ecce ego pluā vobis panem de celo: egrediat ppl's ⁊ colligat q̄ sufficiūt p singulos dies: vt temptē eū / vtrū āmbulet i lege mea: an nō. Die aūt sexto parēt qd̄ īferāt: ⁊ sit duplū q̄ colligere solebāt p singlos dies. Dixerūtq3 moyses ⁊ aarō: ad oēs filios isrl'. Vespe scietis qd̄ dn̄s eduxerit vos de t̄ra egypti: ⁊ mane videbitis gl'iam dn̄i. Audiui eī murmur vr̄m contra dn̄z. Nos vo qd̄ sumus qꝛ mussitatꝫ contra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dn̄s vespe carnes edere: ⁊ mane panes i saturitate eo qd̄ audierit murmurationes vr̄as: qb⁹ murmuratis contra eū. Nos eī qd̄ sum⁹? Nec contra nos ē murmur vr̄m: sȝ contra dn̄z. Dixitq3 moyses ad aarō. Dic vniuerse congregatiōi filioꝝ isrl'. Accedite corā dn̄o: audiuit eī murmur vr̄m. Cūq3 loq̄ret aarō ad oēm cetū filioꝝ isrl': respexerūt ad solitudinē: ⁊ ecce gl'ia dn̄i apparuit in nube. Deinde diacon⁹ accepta bn̄dictiōe a sacerdote i eo loco qua legebat lcōe legat euāgeliū. Scd̄m iohannē.

In illo tp̄e. Turba multa q̄ cōuenerat ad diē festū cū audisset / qꝛ venit ies⁹ hierosolymā: acceperūt ramos palmaꝝ ⁊ processerūt obuiā ei: ⁊ clamabāt. Osanna

bñdictus q̃ venit ĩ noĩe dñi:rex iſ-
rael. Et inuenit ieſ9 aſellū:⁊ ſedit
ſup eū ſicut ſcriptū eſt. Noli time
re filia ſyō:ecce rex tu9 venit tibi
ſedēs ſup pullū aſine. Hec nō co-
gnouerūt diſcipuli ei9 ꝑmū: ſed
quādo glorificat9 eſt ieſus:tūc re-
cordati ſūt q2 hec erāt ſcripta de
eo:⁊ hec fecerūt ei. Teſtimoniū er
go phibebat turba q̃ erat cum eo:
qñ lazarū vocauit de monumēto:
⁊ ſuſcitauit eum a mortuis. Pro-
pterea ⁊ obuiā venit ei turba:q2
audierāt eū feciſſe hoc ſignū Pha
riſei ergo dixerūt ad ſemetipſos.
Videtis q2 nichil ꝓficimus. Ecce
mūd9 tot9 poſt eū abijt. ¶ Lecto q3
euāgelio textū ꝑlato apertū defe
rat ad oſculādū: canonico vero ſi
prelat9 nō affuerit librū euāgelij.
Poſtea bñdicāt palme a ꝑlato i lo
co vbi lectio ⁊ euāgelium legebāt
hoc modo. Dñs vobiſcū. Et cū ſpi
ritu tuo. Oremus. Oratio

DEus cuius fili9 pro ſalute ge
neris humani de celo deſcē
dit ad terras:⁊ appropinquāte ho-
ra paſſionis ſue hieroſolimā in aſi
no ſedēs venire:a turbis rex ap
pellari ac laudari voluit: bñdice-
✠re dignare hos palmarum cete
rarūq3 arborū ramos: vt oēs qui
eos laturi ſūt ita bñdi-✠ctionis tue
dono repleātur:quatin9 ⁊ i hoc ſe
culo hoſtis ātiqui tēptamēta ſupe-
rare:et in futuro cū palma victo-
rie ⁊ fructu bonorū operū tibi vale
ant apparere. Per eūdē. Oremus. Or

OMnipotēs deus mūdi crea-
tor et redēptor:qui noſtre ſal
uationis gratia ex ſūma celi arce de
ſcendere carnē ſumere ⁊ paſſionē
ſubire dignat9 es:quiq3 eū ad ſalu
tare redēptionis nře victimā ꝓpe-
rabas a turbis cū ramiſpalmarū
obuiātib9 i noĩe dñi appellari cla
ra voce voluiſti:tu dñe cōfeſſionis
nře laudationē dignāter ſuſcipe:
⁊ hos palmarū atq3 florū ramos
bñ✠dicere ⁊ ſancti✠ficare digneri3
vt quicūq3 i tue deuotionis obſequio
exīde geſtauerit: celeſti bñdictione
ſanctificat9 ſalutē ⁊ ſanitatē:pctorū
q3 remiſſionē:ac vite eťne p̄mia
ꝯſequi mereať. Per ānuēte. Dñi vi.
¶ Deīde aſpergātur aqua bñdi-
cta et poſtea thurificentur:⁊ i diſtri
butione palmarū cātentur he. ān.

PUeri hebreorū tollentes ramos
oliuarum.obuiauerūt dño cla-
māntes et dicētes oſanna in excelſis. ān.

PUeri hebreorū veſtimenta pro
ſternebāt in via et clamabāt di-
centes. Oſanna filio dauid.benedictus
qui venit in nomine domini antiphōa

OSanna filio dauid.bñdict9 q̃ ve-
nit i noĩe dñi rex iſrľ oſāna i ex-
celſis. ¶ Poſt diſtributionē palma
rū dicat ꝑlat9 vſu. Ex ore īfātiū de9
et lactentium perfeciſti laudem propter
inimicos tuos. Oremus. Oratio.

OMnipotēs ſempitne de9 qui dñm no
ſtrū ieſū xp̄m die azimorū ſup
pullū aſine ſedere voluiſti:ac pue
ros hebreorū veſtimēta vel ramos
oliuarū i via ſternere ⁊ in laudē ip
ſius oſāna filio dauid decātare do
cuiſti:da q̃s/vt innocētiū laudē in
tēplo clamātiū ⁊ eorū merita i cele
ſtib9 cōſequi mereamur. Per eun
dem chriſtum dominum noſtrum.
Amen. ¶ In ingreſſu proceſſio
nis. Sic q3 incepta antiphona ſe-
quenti a precentore pcedat pro-
ceſſio vſq3 tentorium. ān. Ante ſex
dies ſolēnitatis paſche qñ venit dñs in
ciuitatē hieruſalē occurrerūt ei pueri ⁊ in
manib9 portabāt voce magna dicētes
oſanna in excelſis bñdictus q̃ veniſti in
multitudine miſe.oſāna in excelſis. ān.

Prima die azimoꝝ accesserũt discipuli ad iesũ dicẽtes: vbi vis parem⁹ tibi comedere pascha: at ies⁹ dixit eis: ite i ciuitatẽ ad quẽdã ⁊ dicite ei: magister dicit tẽpus meũ ꝓpe est: apud te facio pascha cũ discipulis meis: ⁊ fecerunt discipuli sicut preceperat eis dñs ⁊ parauerũt pascha. ℣. Dñs ies⁹. ℟. Cogitauerunt. ℟. Cũ audisset turba. añ. Cũ audisset ꝑplis ꝙ ies⁹ venit hierosolymã acceperũt ramos palmarũ ⁊ exierũt ei obuiã ⁊ clamabãt pueri dicẽtes. Hic est salus nr̃a redẽptio israel: quãtus est iste cui throni ⁊ dñatiões occurrũt: noli timere filia syõ: ecce rex tu⁹ venit tibi sedẽs sup pullũ asine sicut scriptũ est: salue rex fabricatoꝝ mũdi q̃ venisti redimere nos. ¶ Deinde cũ ãte tẽtoriũ ꝑces. ordinata fuerit diacon⁹ accepta bñdictiõe a ꝑlato cũ pbr̃o. ⁊ subdiacono ⁊ crucifero ⁊ cero ferarijs i medio stãs legat euã. S. matheũ. xxi. In illo tpe. Cũ appropinquasset ies⁹ hierosolymis ⁊ venisset bethphage ad mõtẽ oliueti: tũc misit duos discipulos suos dicẽs. Ite i. ¶ Et cetera vt s. i. do. aduẽ. dñi. Et postea sacerdos flexis genib⁹ dicat rex Dign⁹ es dñe de⁹ nr̃ accipere gl'iam ⁊ honorẽ Adorãs corp⁹ xp̃i qđ tenet ꝑ ꝑsbyter i tẽtorio ⁊ sic̃ ch̃orus adoret rex dicẽs. Dign⁹ es dñe de⁹ nr̃ accipere gl'iaz ⁊ honorẽ. Et cetera. Tũc redeat sacer. cũ corpe dñi ⁊ ministri ei⁹ i ecclesiã: ⁊ ꝑ eãndem viã ꝑ quã venerũt. Interi fiat sermo. Deinde finito sermone ⁊ cãtore icipiẽte. a. Cũ appropinquaret dñs hierosolymã: misit duos ex discipulis suis dicẽs: ite i ca. Progrediatur ꝑcessio circa ecclesiã cãtãdo. a.

Cum appropinquaret dñs hierosolymã misit duos ex discipulis suis dicẽs: ite i castellũ qđ ꝯtra vos est: ⁊ inuenietis pullũ asine alligatũ super quẽ nullus hoĩm sedit: soluite ⁊ adducite michi: si quis vos iterrogauerit: dicite: opus dñi est: soluẽtes adduxerũt ad iesũ: et iposuerũt illi vestimẽta: ⁊ sedit sup eũ: alij ramos de arborib⁹ extendebãt: et q̃ sequebant clamabãt: osanna bñdict⁹ q̃ venit in noĩe dñi: bñdictũ regnũ ꝑris dauid nr̃i osanna in excelsis: miserere nobis fili dauid. ¶ Decantata vero añ. addantur ℟ia. ℟. Dñs ies⁹. ℟. Cogitauerũt. ℟. Cũ audisset. Et alia ℟ia si opus fuerit. Cũ aũt ad portas vrbis vel ostiũ occidẽtalis eccl'ie puẽtum fuerit: ibi ordinata ꝑcessiõe/icipiat cãtor ℟. Collegerũt põtifices ⁊ pharisei ꝯciliũ ⁊ dicebãt: qđ facim⁹ q2 hic hõ multa signa facit. Si dimittim⁹ eũ sic: oẽs credẽt in eũ ⁊ forte venient romani: ⁊ tollent nr̃m locũ ⁊ gentẽ. ¶ Tres vicarij dicãt versũ. Unus aũt ex ipsis cayphas noĩe: cũ esset põtifex anni illius ꝓphetauit dicẽs: expedit vobis vt vnus moriatur hõ ꝓ ꝑplo ⁊ nõ tota gẽs pereat: ab illo ergo die cogitauerũt interficere eũ dicẽtes. Si dimittim⁹ eũ sic: oẽs credẽt in eũ: ⁊ forte venient romani: ⁊ tollent locũ nr̃m ⁊ gentẽ. ¶ Finito regressu. pueri i altũ ꝯ ostiũ eccl'e canãt vsũ Gl'ia laus ⁊ honor tibi sit rex xp̃e redẽptor: cui puerile decus ꝓmpsit osanna piũ. Chor⁹ cũ genuflexione dicat. Gl'ia laus ⁊ honor tibi sit. Pueri. Israel es tu rex dauidis ⁊ icl'ita ꝓles: noĩe qui in dñi rex bñdicte venis. Chor⁹. Gl'ia laus. Pueri. Cet⁹ i excelsis te laudat celic⁹ oĩs ⁊ mortalis hõ: et cũcta creata simul. Chor⁹ Gl'ia la⁹. Pueri Plebs hebrea tibi cũ palmis obuiã venit cum ꝑce voto hymnis assumus ecce tibi. Chorus. Gl'ia laus et honor. Pueri reincipiãt. Gl'ia laus et honor tibi sit rex xp̃e redẽptor: cui puerile dec⁹ ꝓmpsit osanna piũ. ⁊ chor⁹ stãdo finiat. Deinde itroeat ꝑcessio cãtore icipiẽte:

R. Ingrediente dño in sctā ciuitatē he-
breorū pueri resurrectionē vite pnūciā-
tes. Cū ramis palmarū osanna clamabāt
in excelsis. V. Cū audisset ppls q̄ iesus ve-
nit hierosolymā: exierūt obuiā ei. Cum
ramis palmarū. In egressu pcessionis
pcelat⁹ cū clericis genib⁹ āte crucē
discoopertā. Adoret dicēs cātādo
Aue rex nr̄. Et chor⁹ idē repetat. a.

Aue rex noster fili dauid redemptor
mūdi: quē pphete pdicauerunt
saluatorē domui isrl̄ esse ventur̄ te ei ad
salutarē victimā pr̄ misit in mūdū: quē
expectabāt oēs scti ab origine mūdi. Et nūc
osanna filio dauid: bñdict⁹ q venit in noīe
dñi: osanna in excelsis. Postea duo qua-
tuor vel sex vicarij in pulpito inci-
piāt. R. Circūdederūt me. V. Qm̄ tribu-
latio. Excepto ab eisdē. R. iterū pcessio
in chorū & sequat̄ vsicu. sacerdotal.
Bñdict⁹ q venit in noīe dñi. R. Osanna in
excelsis. Or. Oms̄ sempiterne de⁹ q̄ hu-
mano gene. ¶ Dñica in ramis pal-
marum. Ad missam. Officium.

ps. 21. Domine ne lōge fa-
cias auxiliū tuū a me
ad defēsionē meā aspi-
ce: libera me de ore leo-
nis & a cornib⁹ unicor-
niū hūilitatē meā. Ps. De⁹ de⁹ me⁹ re-
spice in me quare me dereliquisti. Oro.

Omnips̄ sempiterne de⁹ q̄ hūano
generi ad imitādū hūilitatis
exēplū saluatorē nr̄m carnē sume-
re et crucē subire fecisti: cōcede ppi-
cius: vt et patientie ipsius habere
documēta & resurrectionis cōsortia
mereamur. Per eūd. Ad philippē.
[illegible] 2. Fratres. Hoc sentite in vobis:
qd̄ & in xp̄o iesu. Qui cū in for-
ma dei eēt / nō rapinā arbitrat⁹ ē
esse se equalē deo: sed semetipsū exi-
naniuit formā serui accipiēs. In
similitudinē hoīm fact⁹ & habitu i-

uent⁹ vt hō. Humiliauit semetipsum
fact⁹ obediēs vsq ad mortē / mor-
tem autem crucis. Propter quod
et deus exaltauit illum et dona-
uit illi nomen quod est super om-
ne nomen: vt in nomine iesu om-
ne genu flectatur celestium terre-
strium et infernorum. Et omnis
lingua confiteatur: quia domin⁹
iesus xp̄s in gloria est dei patris.
Gradale. Tenuisti manum dexterā ps. 77.
meam: et in voluntate tua deduxisti me
et cum gloria assumpsisti me. V. Quā
bonus israel de⁹ rectis corde: mei autē
pene moti sunt pedes pene effusi sunt
gressus mei: quia zelaui in peccatorib⁹
pacem peccatorum videns. Tractus.
Domine deus meus respice in me ps. 21.
quare me dereliquisti. V. Lon-
ge a salute mea verba delictorum meo-
rum. V. De⁹ meus clamabo per diem
nec exaudies et nocte et nō ad insipien-
tiam michi. V. Tu aūt in scto habitas
laus israel: in te sperauerunt pres nr̄i:
sperauerunt et liberasti eos. V. Ad te
clamauerunt et salui facti sunt in te
sperauerūt & nō sunt cōfusi. V. Ego
autem sum vermis et non homo: oppro-
brium hominum et abiectio plebis. V.
Oēs qui videbant me aspernabantur
me: locuti sūt labijs & mouerūt caput.
V. Sperauit in dño eripiat eū: saluū fa-
ciat eū qm̄ vult eū. V. Ipsi vero cōside-
rauerūt & inspexerūt me diuiserūt sibi ve-
stimēta mea et sup vestē meā miserunt
sortē. V. Libera me de ore leonis: et a
cornib⁹ unicorniū humilitatē meā. V.
Qui timetis dñm laudate eum vniuer-
sum semen iacob glorificate eum. V.
Annunciabitur dño generatio ventura
et annunciabunt celi iusticiam ei⁹. V.
Populo q nascetur: quē fecit dñs. Lector.
Dñs vobiscum. Et cū spiritu tuo.
¶ Passio dñi nr̄i iesu xp̄i: scdm̄ ma-
theū. xxvi. nō cūdeat. Scitis quia post bi-

26. A 

IN illo t. Dixit
iesꝰ discipulis
suis. Scitis q̃ post
biduũ pascha fiet ⁊
filiꝰ hoīs tradet̃ vt
crucifigat̃. Tūc ɔgre
gati sūt p̄ncipes sa
cerdotũ et seniores
ppl̄i ĩ atriũ p̄ncipis sacerdotũ q̄ di
cebat̃ cayphas: ⁊ ɔsiliũ fecerūt: vt ie
sũ dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebāt
aũt. Nō ĩ die festo. Ne forte tumul
tꝰ fieret ĩ pplo. Cū aūt esset iesꝰ in
bethania ĩ domo symōis leprosi: ac
cessit ad eũ mulier habēs alabastrũ
vnguēti p̄ciosi: et effudit sr̄ caput
ipsiꝰ recūbētꝫ. Videntes aūt discipli
ĩdignati sūt dicētes. Vt qd̄ p̄ditio
hec? Potuit ēi istud venūdari multo
⁊ dari paupibꝰ. Sciēs aūt iesꝰ: ait
illis. Quid molesti estꝫ huic mulie
ri? Opꝰ ēi bonũ opata est ĩ me. Nā
sēp paupes habetꝫ vobiscū: me aūt
nō sēp habebitꝫ. Mittēs ēi hec vn
guētũ hoc ĩ corpꝰ meũ: ad sepelien
dū me fecit. Amē dico vobꝫ: vbicū
q̃ p̄dicatũ fuerit hoc euāgeliũ ĩ to
to mūdo dicet̃ ⁊ qd̄ hec fecit ĩ meō
B riā eiꝰ. Tūc abijt vnꝰ de duodeci q̄
dr̄ iudas scarioth ad principes sa
cerdotũ: ⁊ ait illis. Quid vultis mi
chi dare: ⁊ ego vobis eũ tradā. At
illi ɔstituerūt ei: triginta argēteos.
Et exīde q̄rebat oportunitatē: vt
eũ traderet. P̄ma aūt die azimoꝝ
accesserūt discipuli ad iesũ dicētes.
Vbi vis paremꝰ tibi comedere pa
scha? At iesꝰ dixit. Ite ĩ ciuitatē ad
quēdā: ⁊ dicite ei. Magr̄ dicit. Tē
pꝰ meũ ꝑpe ē: apd̄ te facio pascha
cū discipl̄is meis. Et fecerūt disci
puli sicut ɔstituit illis iesꝰ: ⁊ paue
rūt pascha. Vespe aūt facto discū
bebat cū duodeci discipl̄is suis. Et
edētibꝰ illis: dixit. Amē dico vobis

q̃ vnꝰ vestꝛ̄ me traditurꝰ ē. Et ɔtri
stati valde: ceperūt singuli dicere.
Nūqd̄ ego sũ dn̄e? At ip̄e r̄ndēs: ait.
Qui intingit mecũ manũ ĩ parapsi
de: hic me tradet. Filiꝰ q̄dē hoīs va
dit: sicut scriptũ est de illo. Ve aūt
hoī illi: p quē filiꝰ hoīs tradet̃. Bo
nũ erat ei: si natꝰ nō fuisset hō ille.
Rn̄dēs aūt iudas q̄ tradidit eũ: di
xit. Nūqd̄ ego sũ rabbi? Ait illi. Tu
dixisti. Cenātibꝰ aūt eis: accepit ie
sꝰ panē ⁊ bn̄dixit ac fregit dedit q̃
discipl̄is suis ⁊ ait. Accipite: ⁊ come
C dite. Hoc ē corpꝰ meũ. Et accipiēs
calicē grās egit: ⁊ dedit illis dicēs.
Bibite ex hoc oēs. Hic ē ēi sāguis
meꝰ noui testamēti: q̄ p multis effū
det̃ ĩ remissionē peccatoꝝ. Dico aūt vo
bis: nō bibā amodo de hoc genimie
vitis vsq̃ ĩ diē illū cū illud bibā vo
biscũ nouũ: in regno pr̄is mei. Et
hymno dicto: exierūt ĩ mōtē oliueti.
Tūc dicit illis iesꝰ. Oēs vos scāda
lũ patiemini in me: ĩ ista nocte. Scri
ptũ ē ēi. Percutiā pastorē: ⁊ dispgē
tur oues gregis. Postq̄ aūt resur
rexero: p̄cedā vos ĩ galileā. Rn̄dēs
aūt petrꝰ: ait illi. Et si oēs scādali
zati fuerint ĩ te: ego nūq̄ scādaliza
bor. Ait illi iesꝰ. Amē dico tibi: q̃ ĩ D
hac nocte āteq̄ gallꝰ cātet: ter me
negabꝫ. Ait illi petrꝰ. Etiā si opor
tuerit me mori tecū: nō te negabo.
Silr̄ ⁊ oēs discipli dixerūt. Tūc ve
nit iesꝰ cū illis ĩ villā q̄ dr̄ gethse
mani: ⁊ dixit discipl̄is suis. Sede
te hic donec vadā illuc ⁊ orē. Et as
sūpto petro ⁊ duobꝰ filijs zebedei:
cepit ɔtristari ⁊ mestꝰ esse. Tūc ait
illis. Tristis ē aīa mea vsq̃ ad mor
tē. Sustinete hic: ⁊ vigilate mecū.
Et pgressꝰ pusillū: pcidit ĩ faciem
suā: orās ⁊ dicēs. Mi pr̄, si possibi
le ē: trāseat a me calix iste. Verūtñ E
nō sicut ego volo: sꝫ sicut tu. Et ve

nit ad discipulos suos: & inuenit eos
dormientes. Et dicit petro sic. Nō
potuistis vna hora vigilare mecū
vigilate & orate: vt nō intretis in
temptationē. Spūs qdē pmpt9 est: ca
ro aūt infirma. Iterū scđo abijt et
orauit: dicens. Pr mi: si nō potest
hic calix trāsire nisi bibā illū: fiat
volūtas tua. Et venit iterū: & inue
nit eos dormientes. Erāt ei: oculi eorū
grauati. Et relictis illis: iterū abijt
& orauit tertio: eūdē sermonē dicēs.
Tūc venit ad discipulos suos: & di
cit illis. Dormite iam & requiescite.
Ecce appropinquabit hora: et fili9
hois tradet i man9 pctōr. Surgite
eam9 ecce appropinquabit q me tra
det. Adhuc eo loquēte: ecce iudas
vn9 de duodeci venit: & cū eo turba
multa cū gladijs & fustib9 missi a
pncipib9 sacerdotū & seniorib9 ppli
Qui aūt tradidit eū: dedit illis si
gnū dicēs. Quēcūq3 osculat9 fuero
ipse est. Tenete eum. Et cōfestī acce
dēs ad iesū: dixit. Aue rabbi. Et o
sculat9 est eū. Dixitq3 illi ies9. Ami
ce: ad qd venisti? Tunc accesserūt/ &
man9 iniecerūt i iesū: & tenuerūt eū.
Et ecce vn9 ex his q erāt cū iesu ex
tēdēs manū exemit gladiū suū: et
pcutiēs seruū pncipis sacerdotū/
āputauit auriculā ei9. Tūc ait illi
ies9 Cōuerte gladiū tuū: i locū suū
Oēs ei q acceperint gladiū: gladio
pibūt. An putas qz nō possū roga
re patrēmeū: & exhibebit michi mō
plusq duodecim legiōes āgelor?
Quō ergo iplebunt scripture? Qz
sic oportet fieri. In illa hora: dixit
ies9 turbis. Tāq ad latronē exist3
cū gladijs & fustib9 cōphēdere me.
Quotidie apd vos sedebā in tēplo
docēs: & nō me tenuistis. Hoc autē
totū factū ē vt adimplerent scriptu
re pphetar. Tunc discipli oēs: reli

cto eo fugerūt. At illi tenētes iesū:
duxerūt ad cayphā pncipē sacerdo
tū vbi scribe & seniores cōuenerāt.
Petr9 aūt sequebat eū a lōge: vsq3 i
atriū pncipis sacerdotū. Et ingress9
intro sedebat cū ministris: vt videret
finē. Pncipes autē sacerdotū & oē
ɔsiliū qrebāt falsū testimonium
ɔtra iesū: vt eū morti traderēt. Et
nō inuenerūt: cū multi falsi testes ac
cessissent. Nouissime autē venerūt
duo falsi testes: & dixerūt. Hic dixit
Possum destruere tēplū dei: & post
triduū reedificare illud. Et surgēs
pnceps sacerdotū: ait illi. Nichil
rndes ad ea q isti aduersū te testifi
cant? Ies9 aūt tacebat. Et pnceps
sacerdotū: ait illi. Adiuro te p deū
viuū: vt dicas nob3 si tu es xps fi
li9 dei. Dicit illi ies9. Tu dixisti. Ve
rūtā dico vobis: amō videbitis fi
lium hois sedētē a dextris virtutis
dei: & venientē i nubib9 celi. Tunc
pnceps sacerdotū scidit vestimēta
sua dicēs. Blasphemauit. Quid
adhuc egem9 testib9? Ecce nūc au
distis blasphemiā. Quid vobis vi
det? At illi rndētes: dixerūt. Reus ē
mortis. Tūc expuerūt i faciē ei9: & co
laphis eū ceciderūt. Alij āt palmas
i faciē ei9 dederūt: dicētes. Propheti
za nob3 xpe: qs est q te pcussit? Pe
tr9 vo sedebat foris in atrio. Et ac
cessit ad eū vna ācilla dicēs. Et tu
cū iesu galileo eras. At ille nega
uit corā oib9: dicēs. Nescio qd dic.
Exeunte autē illo ianuā: vidit eū
alia ācilla: & ait his q erāt ibi. Et
hic erat cū iesu nazareno. Et iterū
negauit cū iuramēto qz nō nouis
set hoiem. Et post pusillū accesserūt
q ibi stabāt: & dixerūt petro. Vere
& tu ex illis es: nā & loqla tua ma
nifestū te facit. Tunc cepit detesta
ri et iurare: qz nō nouisset hoiem.

Et statim gallꝰ cātauit. Et recoꝛ=
datus est petrꝰ verbi iesu qḋ dixe
rat. Priusq̄ gallꝰ cātet: ter me ne
gabis. Et egressꝰ foꝛas: fleuit ama
27. A re. Mane aūt facto ꝯsiliū inierūt
oēs pꝛincipes sacerdotū et senioꝛ=
res ppli aduersꝰ iesum: vt eū moꝛ
ti traderēt. Et vinctū adduxerūt
eū: ꝛ tradiderūt pōtio pylato p̄si=
di. Tūc vidēs iudas q̄ tradidit eū
qḋ dānatus esset: penitētia ductꝰ
retulit triginta argēteos p̄ncipi=
bus sacerdotū: ꝛ senioꝛibꝰ dicens.
Peccaui: tradēs sāguinē iustū. At
illi dixerūt. Quid ad nos? Tu vide
ris. Et pꝛoiectis argēteis ī tēplo re
cessit: et abiēs laqueo se suspēdit.
Pꝛīcipes aūt sacerdotū acceptis
argēteis: dixerūt. Nō licet mittere
eos ī coꝛbanā: q꞉ p̄ciū sāguinis ē.
Cōsilio aūt inito: emerūt ex illis
agrū figuli in sepulturā pegrino
rū. Pꝛopter hoc vocatꝰ est ager il
le acheldemach: hoc est ager sāgui
nis vsq꞉ ī hodiernū diē. Tūc adim
pletū est qḋ dictū est p hieremiā p
phetā: dicētē. Et acceperūt trigīta
argēteos pꝛeciū appꝛeciati quem
appꝛeciauerūt a filijs isrł: ꝛ dede
rūt eos ī agrū figuli sicut ꝯstituit
B michi dn̄s. Iesꝰ aūt stetit āte p̄si=
dē: et īterrogauit eū p̄ses dicens.
Tu es rex iudeoꝝ. Dixit illi iesus
Tu dicis. Et cū accusaretur a pꝛinci
pibꝰ sacerdotū ꝛ senioꝛibꝰ: nichil
r̄ndit. Tūc dicit illi pylatꝰ. Nō au
dis quāta aduersū te dicāt testimo=
nia? Et nō r̄ndit ei ad vllū verbū:
ita vt miraretur p̄ses vehemēter.
Per diē aūt solēnē ꝯsueuerat p̄e
ses dimittere pplo vnū vinctum
quē voluissēt. Habebat aūt tunc
vnū vinctū insignē q̄ dicebatur barra
bas q̄ ꝓpt homicidiū missꝰ fuerat
in carcerē. Cōgregatis ergo illis:
dixit pylatꝰ. Quē vultis dimittā
vobis barrabā: an iesū qui dr̄ xp̄s?
Sciebat enim q̄ per inuidiā tra=
didissent eū. Sedēte autē eo p tri
bunali: misit ad illū vxoꝛ eius di=
cens. Nichil tibi et iusto illi. Mul
ta enim passa hodie sum p visum
ꝓpter illum. Pꝛincipes autē sacer
dotū ꝛ senioꝛes psuaserunt pplis
C vt peterēt barrabā: iesum vero p=
derent. Respondēs aūt p̄ses: ait
illis. Quē vultis vobis de duobꝰ
dimitti? At illi dixerūt. Barrabā.
Dixit illis pylatus. Quid ergo fa
ciā de iesu qui dr̄ xp̄s? Dicunt om
nes. Crucifigatur. Ait illi p̄ses.
Quid enim mali fecit? At illi ma=
gis clamabāt dicētes. Crucifiga=
tur. Videns autem pylatus quia
nichil pficeret, sed magis tumul
tus fieret: accepta aqua lauit ma
nus suas coꝛā omni populo dicēs
Innocēs ego sum a sanguine iu=
sti eius: vos videritis. Et respon=
dens vniuersus pplꝰ dixit. San=
guis eius super nos: et sup filios
nostros. Tūc dimisit illis barra=
bā: iesum vero flagellatū tradidit
eis vt crucifigeretur. Tunc milites
D p̄sidis suscipiētes iesū in p̄toꝛio
cōgregauerūt ad eū vniuersā co=
hoꝛtē. Et exuētes eū clamidē cocci
neā circūdederūt ei. Et plectētes co
ronā de spinis posuerūt sup caput
eiꝰ: ꝛ arūdinē ī dextera eiꝰ. Et ge=
nuflexo āte eū illudebāt ei: dicētes
Aue rex iudeoꝝ. Et expuētes ī eū:
acceperūt arūdinē ꝛ pcutiebāt ca
put eiꝰ. Et postq̄ illuserūt ei: exue
rūt eū clamide ꝛ induerūt eū vesti
mētis eiꝰ: ꝛ duxerūt eū vt crucifige
rēt. Exeūtes aūt inuenerūt hoīez
quēdā cyrenēū: nōie symonē. Hūc
angariauerūt vt tolleret crucē eius.
Et venerūt in locū q̄ dr̄ golgotha:

qđ est caluarie loc9. Et dederūt ei
vinū bibere: cū felle mixtū. Et cū
gustasset: noluit bibere. Postq̄ au
tē crucifixerēt eū: diuiserūt vestimē
ta ei9 sortē mittētes vt īpleret qđ
dictū est p̄ pphetā dicētē. Diuise-
runt sibi vestimēta mea ⁊ sup ve-
stē meā miserūt sortē: ⁊ sedētes ser-
uabāt eū. Et īposuerūt sup caput
ei9 causā ipsi9 scriptā: hic est iesus
rex iudeorū. Tūc crucifixi sūt cum
eo duo latrones: vn9 a dextris et
vn9 a sinistris. Pretereūtes autē
blasphemabāt eū: mouētes capita
sua ⁊ dicētes. Vah q̄ destruis tēplū
dei: ⁊ ī triduo illud reedificas: Sal
ua temetipsū. Si fili9 dei es: descē
de de cruce. Similit̄ ⁊ pn̄cipes sa-
cerdotū illudētes cū scribis ⁊ seni
orib9: dicebāt. Alios saluos fecit:
seipsū non potest saluū facere: Si
rex isrł est: descēdat nūc de cruce ⁊
credim9 ei. Cōfidit in deo: liberet
nūc eū si vult. Dixit enī q2 fili9 dei
sū. Idipm autē ⁊ latrones q̄ cruci
fixi erāt cū eo: īpropꝛerabant ei. A
sexta autē hora tenebre facte sūt
sup vniuersā terrā: vsq ad horam
nonā. Et circa horā nonā clama-
uit ies9 voce magna dicēs. Hely
hely: lamazabathani. Hoc ē. De9
me9: de9 me9 vt q̄d dereliquisti me:
Quidā aūt illic stātes ⁊ audiētes:
dicebāt. Helyam vocat iste. Et cō
tinuo currēs vn9 ex eis: acceptā spō
giā īpleuit aceto: ⁊ īposuit arūdi-
ni: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vo di
cebant. Sine: videam9 an veniat
helyas liberare eū. Ies9 aūt iterū
clamās voce magna emisit spm̄.
Pat nr̄. Et ecce velū tēpli scissū
est ī duas ptes a sūmo vsq deorsū
Et tra mota est ⁊ petre scisse sūt:
⁊ monumēta apta sūt: ⁊ mlta cor
pora scōꝝ q̄ dormierāt surrexerūt.

Et exeūtes de monumētis: post re
surrectionē ei9 venerūt ī scām ciui
tatē ⁊ apparuerūt mltis. Cēturio
aūt ⁊ q̄ cū eo erāt custodiētes iesū
viso terremotu: ⁊ his q̄ fiebant ti
muerūt valde: dicētes. Vere fili9
dei erat iste. Erāt aūt ibi mulieres
multe a lōge: q̄ secute erāt iesū a
galilea ministrātes ei. Inter quas
erat maria magdalene et maria
iacobi ⁊ ioseph mr̄: ⁊ mr̄ filiorū ze-
bedei. Cū sero aūt factū esset venit
q̄dā hō diues ab arimathia noīe
ioseph: q̄ ⁊ ipse discipul9 erat iesu.
Hic accessit ad pylatū: ⁊ petijt cor
pus iesu. Tunc pylat9 iussit reddi
corp9. Et accepto corpe ioseph: in
uoluit illud ī syndone mūda: ⁊ po
suit ī monumēto suo nouo: qđ ex-
ciderat ī petra. Et aduoluit saxū
magnū ad ostium monumenti: et
abijt. Erant autē ibi maria mag-
dalene et altera maria sedentes
contra sepulchrum. Euangeliū.

Altera autē die q̄ est post pa
rasceuē: cōuenerūt pn̄cipes
sacerdotū ⁊ pharisei ad pylatū di
centes. Dn̄e recordati sum9 q2 se-
ductor ille dixit adhuc viuēs: post
tres dies resurgā. Iube ergo cu-
stodiri sepulchrū vsq ī diē tertiū:
neforte veniāt discipuli ei9 ⁊ furē
tur eū ⁊ dicāt plebi surrexit a mor
tuis Et erit nouissim9 error: peior
priore. Ait illis pylat9. Habetis
custodiā. Ite: custodite sicut scitis.
Illi aūt abeūtes munierūt sepul
chrū signātes lapidē: cū custodib9
Offm. Impropꝛeriū expectauit cor meū ps. 68.
⁊ miseriā ⁊ sustinui q̄ simul cōtristaret̄ ⁊
nō fuit cōsolantē me q̄siui ⁊ nō inueni ⁊
dederunt in escam meam fel: et in siti
mea potauerunt me aceto. Secreta.

Concede q̄s dn̄e vt oculis tue
maiestatis mun9 oblatū: et

gratia nobis deuotioribus obtineat: et effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum. Prefatio. Qui salutem huma. Com.

Math. 26. D Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Postcdio.

Per huius domine operationem mysterii: et vicia nostra purgentur et iusta desideria compleantur. Per dominum. ¶ Feria scda. Offim.

Ps. 34. 

Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum: domine virtus salutis mee. Ps. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui me persequuntur dic anime mee salus tua ego sum. Or.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filii tui passione respiremus. Qui tecum viuit. Lectio esaie prophete.

50. In diebus illis. Dixit esaias. Dominus deus aperuit michi aurem ego autem non contradico retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus

C ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicit michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxilia

D tor meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos. Qui ex vobis timens dominum: audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris: et non est lumen ei? Speret in nomine domini: et innitatur super dominum deum suum. Gr. Exurge

Ps. 34. domine et intende iudicio meo deus meus et dominus meus in causam meam. Ps.

Effunde frameam et conclude aduersus eos qui me persequuntur. Scdm iohannem.



Ante sex dies pasche venit iesus bethaniam: vbi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu et extersit capillis suis pedes eius: et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius: iudas scariothis qui erat traditurus eum. Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis: et datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo iesus. Sine illam: vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic esset: et venerunt non propter iesum tantum: sed vt lazarum viderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt et lazarum interficerent: quia multi propter eum abibant ex iudeis: et credebant in iesum. In crastinum autem turba multa que conuenerat ad diem festum: cum audissent quia venit iesus hierosolymam acceperunt ramos palmarum et processerunt obuiam ei et clamabant. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini: rex israel. Et inuenit iesus asellum: et sedit super eum: sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est iesus: tunc recordati sunt quia hec erant

scripta de eo: ꝫ hec fecerũt ei. Testimo
niũ ergo perhibebat turba q̄ erat
cũ eo: qñ lazarũ vocauit de monu-
mẽto ꝛ suscitauit eum a mortuis.
Propterea ꝛ obuiã venit ei turba:
qꝫ audierãt eũ fecisse hoc signum
Pharisei ergo dixerũt ad semetip-
sos. Videtis qꝫ nichil pficim9. Ec
ce mund9 tot9 post eũ abijt. Erãt
aũt gẽtiles q̄dã ex his q̄ ascẽderãt
vt adorarẽt ĩ die festo. Hi ḡ acces-
serũt ad philippũ q̄ erat a bethsai-
da galilee: ꝛ rogabãt eũ dicentes
D Dñe volum9 iesũ videre. Vẽit phi
lipp9: ꝛ dixit ãdree. Andreas rur-
sũ ꝛ philipp9: dixerũt iesu. Jes9 aũt
rñdit eis dicẽs. Venit hora vt cla
rificet̃ fili9 hoĩs. Amẽ amẽ dico vo
bis: nisi granũ frumẽti cadẽs ĩ ter
ra mortuũ fuerit ipm solũ manet
Si aũt mortuũ fuerit: multũ fru-
ctũ affert. Qui amat aiaꝫ suã: per
B det eã. Et q̄ odit aiaꝫ suã ĩ hoc mũ
do: ĩ vitã eternã custodit eã. Si q̄s
michi ministrat: me sequat̃. Et vbi
sum ego illic ꝛ minister me9 erit. Si
q̄s michi ministrauerit: honorifi-
cabit eũ pr̃ me9 q̄ est in celis. Nũc
aia mea turbata est. Et q̄d dicã?
Pr̃ saluifica me ex hac hora. Sed
ꝓptea veni ĩ horã hanc. Pr̃ clarifi
ca nomẽ tuũ. Venit ergo vox de ce
E lo dicẽs. Et clarificaui ꝛ iterũ clari
ficabo. Turba ergo q̄ stabat ꝛ au-
dierat: dicebat tonitruũ factũ esse
Alij dicebãt: Angel9 ei locut9 est. Rñ
dit ies9 ꝛ dixit. Nõ ꝓpt̃ me vox hec
venit sꝫ ꝓpt̃ vos. Nunc iudiciũ est
mũdi: nũc princeps mũdi hui9 eijcie
tur foras. Et ego si exaltat9 fuero
a terra: oĩa trahã ad meipm. Hoc
aũt dicebat significãs qua morte
esset moriturus. Rñdit ei turba.
Nos audiuim9 ex lege qꝫ xp̃s ma
net in eternũ: ꝛ quõ tu dicis opor

tet exaltari filium hoĩs? Quis est
iste fili9 hoĩs? Dixit ergo eis ies9.
Adhuc modicũ lumẽ ĩ vobꝫ est. Am
bulate dũ lucẽ habetis: vt non te
nebre vos cõprehẽdãt. Et q̄ ambu
lat in tenebris: nescit quo vadat.
Dum lucẽ habetis credite in lucẽ
vt filij lucis sitis. Hec locutus est F
iesus ꝛ abijt: ꝛ abscõdit se ab eis.
Offr. Eripe me de inimicis meis dñe ps.142
ad te cõfugi doce me facere voluntatẽ
tuam qꝛ deus meus es tu. Secreta.
Hec sacrificia nos oñps de9 po
tẽti virtute mũdatos ad suũ
faciãt puriores venire principiũ. P.
Cõ. Erubescãt ꝛ reuereant̃ simul q̄ gra Ps.34
tulant̃ malis meis: induant̃ pudore ꝛ re-
uerẽtia q̄ maligna loquũt̃ aduersũ me.
Prebeãt nobis dñe Postcõ.
diuinum tua sãcta feruorẽ
quo eorum pariter ꝛ actu delecte
mur ꝛ fructu. Per dñm. Sup ppłm.
Adiuua nos de9 salutaris
nr̃: ꝛ ad bñficia recolẽda q̄-
bus nos instaurare dignat9 es tri-
bue venire gaudentes. Per dñm.
Feria tertia. Officium.
Nos aũt gloriari Galat.
oportet in cruce dñi 6. D
nr̃i iesu xp̃i: ĩ quo est
salus vita ꝛ resurre-
ctio nr̃a: p quẽ salua-
ti ꝛ liberati sum9 Ps. De9 misere- 66
tur nr̃i ꝛ benedicat nobis: illuminet vul
tum suũ sup nos ꝛ misereatur nr̃i. Gl̃a.
Omnips sẽpiterne de9: da nobis
ita dñice passiõis sacramẽta
peragere: vt indulgẽtiã pcipere me
reamur. P. Lectio hieremie ꝓphete.
In dieb9 illis: Dixit hieremias ix. D
Dñe demõstrasti michi ꝛ co-
gnoui: tu ostẽdisti michi studia eorũ
Et ego quasi agn9 mãsuet9 q̄ por
tat̃ ad victimã: ꝛ nõ cognoui qꝛ co

gitauerūt aduersū me cōsilia dicen
tes. Mittam⁹ lignū in panē eius:
& eradam⁹ eū de t̄ra viuētiū: & no
mē ei⁹ nō meōret āpli⁹. Tu aūt dñe
sabaoth q̄ iudicas iuste: & pbas re
nes & corda: videā vltionē tuā ex
eis. Tibi enī reuelaui causā meā:
ps.34. dñe de⁹ me⁹. Gr. Ego aūt dū michi
molesti essēt īduebā me cilicio & hūilia
bā in ieiunio aiaʒ meā: & orō meā ī sinu
meo cōuertet. ℣. Iudica dñe nocētes me
expugna īpugnātes me: apphēde arma
et scutum & exurge ī adiutorium michi.
Dñs vobiscū. Et cū spū. ¶ Passio
dñi nostri iesu xp̄i: secundū Mar
cum. Non dicat. Gloria tibi domine.



14. A In illo. t. Erat
pascha: et azi
ma post biduū. Et q̄
rebāt sūmi sacerdo
tes & scribe: q̄m iesū
dolo tenerēt & occi
derēt. Dicebāt enī.
Nō in die festo. Ne
forte tumult⁹ fieret ī pplō. Et cū
eēt ies⁹ bethanie ī domo symonis
leprosi et recūberet venit mulier
habens alabastrū vnguēti nardi s
picati p̄ciosi: & fracto alabastro ef
fudit sup caput ei⁹. Erāt aūt q̄dā
īdigne ferētes intra semetipsos &
dicētes. Ut q̄d pditio ista vnguē
ti facta est? Poterat enī vnguētū
istud venūdari plusq̄ trecētis de
narijs: & dari paupib⁹. Et freme
bāt ī eā. Ies⁹ aūt dixit. Sinite eā.
Quid illi molesti estis? Bonū op⁹
opata est ī me. Semp enī paupes
habetis vobiscū: et cū volueritis
potestis illis bñfacere. Me aūt sp
nō habebitis. Qd habuit hoc fecit:
puenit vngere corp⁹ meū ī sepul
turā. Amē dico vobis vbicūq; p̄di
catū fuerit euāgeliū istd ī vniuer
so mūdo: & qd̄ hec fecerit narrabit
in memoriā ei⁹. Et iudas scariothis B
vn⁹ de duodeci abijt ad sūmos sa
cerdotes: vt pderet eū illis. Qui au
dietes gauisi sūt: & pmiserūt ei pecu
niā se daturos. Et q̄rebat q̄m il
lū oportune traderet. Et p̄mo die
azimoꝝ q̄n pascha imolabāt dicūt
ei discipuli. Quo vis eam⁹ & pare
mus tibi vt māduces pascha? Et
mittēs duos ex discipulis suis: di
cit eis. Ite ī ciuitatē & occurret vo
bis hō lagenā aque portās. Seq
mini eū: & quocūq; introierit dicite
dño dom⁹ q̄ʒ magister dicit. Ubi ē
refectio mea: vbi pascha cū disci
pulis meis māducē? Et ip̄e vobis
demōstrabit cenaculū grāde stra
tū: et illic parate nobis. Et abierūt
discipuli ei⁹ & venerūt ī ciuitatē: &
īuenerūt sicut dixerat illis: & para
uerūt pascha. Uespe aūt facto: ve
nit cum duodeci. Et discūbētibus
eis & māducātib⁹: ait iesus. Amē
dico vobis: q̄ʒ vn⁹ ex vobis me tra
det qui māducat mecū. At illi cepe
runt cōtristari: & dicere sigillatī.
Nūq̄d ego? Qui ait illis. Un⁹ ex
duodeci: qui intīgit mecū manū ī
cathino. Et fili⁹ quidē hoīs vadit:
sicut scriptū est de eo. Ue aūt hoī
illi: p quē fili⁹ hoīs tradet. Bonū
erat ei: si nat⁹ non fuisset hō ille.
Et māducātib⁹ illis accepit iesus
panē: & bñdicēs fregit & dedit eis:
& ait. Sumite hoc est corpus meū
Et accepto calice grās agēs dedit
eis: & biberūt ex illo oēs. Et ait il
lis. Hic est sāguis me⁹ noui testa
mēti: q̄ pro multis effundet. Amē
dico vobis: q̄d iā non bibā de hoc
genimine vitis: vsq; in diē illū: cū
illud bibā nouū in regno dei. Et
hymno dicto exierūt ī mōtē oliuaꝝ
Et dicit eis ies⁹. Oēs scādalizabi
mini ī me ī ista nocte: q̄ʒ scriptū ē.

Percutiā pastorē: & dispgent oues.
B Sz postq̄ resurrexero: p̄cedā vos i
galileā. Petr9 āt ait illi. Et si oēs
scādalizati fuerit: sed nō ego. Et
D ait illi ies9. Amē dico tibi: q2 hodie
in nocte hac: p̄usq̄ gall9 bis vocē
dederit ter me es negatur9. At ille
āpli9 loq̄bat. Et si oportuerit me
simul cōmori tibi: non te negabo.
Silit & oēs discipli dicebāt. Et ve
niūt in p̄diū: cui nomē gethsema
ni. Et ait discipulis suis. Sedete
hic donec orē. Et assupsit petrū &
iacobū & iohānē secū: & cepit paue
re & tedere. Et ait illis. Tristis est
aīa mea: vsq ad mortē. Sustine
te hic et vigilate. Et cū p̄cessisset
pausulū: p̄cidit sup terrā: & orabat
vt si fieri posset: trāsiret ab eo ho
ra. Et dixit. Abba pr̄ oīa tibi possi
bilia sūt trāsfer calicē hunc a me.
Sz nō qd̄ ego volo: sz qd̄ tu. Et ve
nit: & īuenit eos dormiētes: et ait
petro. Symō dormis? Nō potui
sti vna hora vigilare mecū? Vigi
late & orate: vt nō itret͡z i tētatio
E nē. Spūs q̄dē p̄ropt9 est: caro aūt
īfirma. Et iterū abiēs: orauit eūdē
sermonē dicēs. Et reuers9 denuo:
īuenit eos dormiētes. Erāt ei ocli
eorū grauati: & ignorabāt q̄d rn̄de
rēt ei. Et venit tertio: et ait illis.
Dormite iā & reqescite. Sufficit.
Venit hora: ecce tradet fili9 hoīs
i man9 pctōr. Surgite: eam9. Ec
ce q̄ me tradet p̄pe ē. Et adhuc eo
loq̄nte venit iudas scarioth vn9
de duodeci & cū illo multa turba
cū gladijs et lignis missi a sūmis
sacerdotib9 & scribis: & senioribus
Dederat aūt traditor signū eis: di
cēs. Quēcūq osculat9 fuero ipse ē:
tenete eū & ducite caute. Et cū ve
nisset statī accedēs ad eū: ait. Rab
bi: & osculat9 est eū. At ille manus

iniecerūt in eū: & tenuerūt eū. Vn9
aūt de circūstātib9 educēs gladiū:
p̄cussit seruū sūmi sacerdotis: et
āputauit illi auriculā. Et rn̄dens
ies9: ait illis. Tanq̄ ad latronē exi
stis cū gladijs & fustib9 cōp̄rehēde
re me? Quotidie erā apd̄ vos i tē
plo docēs: & nō me tenuistis. Sed
vt ipleant scripture. Tūc discipli
ei9 relinq̄ntes eū: oēs fugerūt. Ado
lescēs aūt q̄dā seq̄bat eū amictus
syndone sup nudo: & tenuerūt eū.
At ille reiecta syndone: nud9 p̄fu
git ab eis. Et adduxerūt iesū ad sū F
mū sacerdotē: & cōuenīūt oēs sacer
dotes & scribe & seniores. Petrus
aūt a lōge secut9 ē eū: vsq i atriū
sūmi sacerdotis. Et sedebat cū mi
nistris: & calefaciebat se ad ignē.
Sūmi vo sacerdotes & oē cōsiliū q̄
rebāt aduers9 iesū testimoniū: vt eū
morti traderent nec īueniebant.
Multi enī falsū testimoniū dicebāt
aduers9 eū: & cōuenientia testimonia
nō erāt. Et q̄dā surgētes falsū te
stimoniū ferebāt aduers9 eū: dicētes
Qm̄ nos audiuim9 eū dicētē. Ego
dissoluā tēplū hoc manufactū: et
post triduū aliud nō manufactū
reedificabo. Et nō erat cōueniens
testimoniū illorū. Et exurgēs sūm9
Spiritum nobis dñe tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalib⁹ satiasti: tua facias pietate cōcordes. Per dñz nrz. In vnitate eiusdē. Dñs vobiscũ. Diacon⁹. Ite missa est. Deo grās

In die sancto pasche. Off. ciu.



Esurrexi et adhuc tecũ sũ alla: posuisti sup me manum tuaz alla: mirabilis facta ē sciētia tua alleluya alla. ps. 138 Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā & resurrectionem meam. Oratio. ps. 117

Deus q̄ hodierna die p̄ vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti: vota nr̄a que p̄ueniēdo aspiras: etiam adiuuādo prosequere. Per eundē dñm. Ad corinthios. 1. 5.

Fratres. Expurgate vetus fermētũ: vt sitiz noua cōspersio: sicut estis azimi. Etenī pascha nr̄m imolat⁹ est xp̄s. Itaq̄ epulemur nō in fermēto veteri: neq̄ in fermēto malicie & neq̄tie. Sz in azimis sinceritatis & veritatis. Gr. Hec dies quā fecit dñs exultemus & letemur in ea. V. Confitemini dño q̄m bon⁹: q̄m in sclm mīa eius. Alla. V. Pascha nostrũ imolatus est xp̄s. Ad vs. V. Epulemur in azimis sinceritatis & veritatis.

In die scd̄o pasche. Sequētia. 16.

Fulgēs p̄clara rutilat p orbē hodie dies in qua xp̄i lucida narrant ouāter p̄lia. De hoste supbo quē xp̄s triũphauit p̄ulchre castra illi⁹ p̄imēs teterrima. Infelix culpa eue qua caruim⁹ oēs vita. Felix p̄les marie q epulamur modo vna. Bñdicta sit celsa regia illa. Generās regē spoliātē tartara: pollētē iā in ethera. Rex in eternũ suscipe benign⁹ p̄conia nr̄a tibi sedulo canētia p̄cis sedēs ad dextērā. Victor vbiq̄ morte superata atq̄ triumphata polor̄ possidens

gaudia. O magna o celsa: o pulchra clementia xpi lucissima: o alma Laus tibi honor ac virtus que nostram antiquam leuiasti sarcinam. Roseo cruore agni benignissimi: empta florida micat hec aula. Potenti virtute que nostra lauit facinora tribuens dona fulgida. Stupens valde in memet admiror hodierna. Tanta indignis pandere modo sacramenta. Stirpe dauitica ortus de tribu iuda leo potens surrexisti in gloria: agnus visus es in terra. Mundans olim atua regna petens supra: iniustis reddens premia in secula dignanter ouantia. Dic ipse zabule quid valet nunc fraus tua ignem nexus loris a xpi potentia. Tribus lingue admiramini: quis audiuit talia miracula. Ut mors mortem sic superaret rei perciperent talem gratiam. Judea incredula cur manes adhuc inuerecunda. Perspice xpicolas qualiter leti canunt inclita redemptori carmina. Ergo pie xpe nobis dans premia: solue nexorum vincula: electorum agmina Fac tecum resurgere ad beatam gloriam: digna rependens merita. Paracliti sancti consolationem piam. Expectamus secundum promissionem tuam. Post acta ascensionis sancta solemnia. Qua es regressus ad celum nube tectus clara. Pollens laude eterna. Secundum marcum.

16. A 
IN illo tempore. Maria magdalene et maria iacobi et salome emerunt aromata: vt venientes vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio mo-
B numenti? Et respicientes: viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum: viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida: et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere: iesum queritis nazarenum crucifixum. Surrexit: non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileam
Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. ps. 75.
Offertorium. Terra tremuit et quieuit dum resurgeret in iudicio deus alleluia. Secreta.

SUscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiata mysteriis ad eternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per dominum. Prefatio. Et te quidem. Infra actionem. Communicantes. Hanc igitur. vt supra. Communio.
Pascha nostrum immolatus est xps alleluia itaque 1. Cor.
epulemur in azimis sinceritatis et veri- 5. C
tatis alleluya alleluya alleluia. Postcommunio.

SPiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum. In vnitate eiusdem. ¶ Feria secunda. Officium.


INtroduxit vos Exodi.
dominus in terram fluentem lac et 13 A
mel alleluia et vt lex domini semper sit in ore vestro alleluia
alleluia. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam 117.
in seculum misericordia eius. Oratio.

DEus qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti: populum tuum quesumus celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatem consequi mereatur: et ad vitam proficiat sempiternam. Per
dominum. Lectio actuum apostolorum. 10. F
IN diebus illis. Stans petrus in medio plebis dixit. Viri fratres: vos scitis quod factum est verbum per vniuersam iudeam. Incipiens enim a galilea post baptismum quod predicauit iohannes: iesum a nazareth: quomodo vnxit eum deus spiritu sancto et virtute. Qui pertransiit

uit bñfaciẽdo ⁊ sanando oppssos a
dyabolo: qm̄ deꝰ erat cū illo. Et nos
testes sumꝰ olm̄ q̄ fecit ĩ regiõe iu
deoꝝ ⁊ hierusalē: quē occiderūt su
spēdētes ĩ ligno. Hūc deꝰ suscita-
uit tertia die: ⁊ dedit eū manifestū
fieri nō oī pplo sed testibꝰ preordi
natis a deo: nobis q̄ māduca-
uimꝰ ⁊ bibimꝰ cū illo postq̄ resur-
rexit a mortuis. Et p̄cepit nobꝫ p̄-
dicare pplo ⁊ testificari: q꞉ ipse est
q̄ ↄstitutꝰ est a deo iudex viuoꝝ et
G mortuoꝝ. Huic oēs ꝓphete testio-
niū phibēt: remissionē pctōꝝ acci-
pere p nomē eiꝰ: oēs q̄ credūt ĩ eū.
Luce. 24 R. Hec dies. Dicat nūc isrł q̄m bo
nus q̄m ĩ sclꝫ mīa eiꝰ. Alleluia. Nōne
cor nostrum ardēs erat in nobis de iesu
dū loqueretur nobis in via. Sequētia

LAudes saluatori voce modu
lemur supplici. Et deuotis
melodijs celesti dño iubilemꝰ mes-
sie. Qui seipꝫ exinaniuit vt nos p
ditos liberaret hoīes. Carne gl'iaꝫ
deitatis occulēs pānis tegit ĩ p̄se-
pe: miserās p̄cepti trāsgressorē pul
sū p̄sia paradisi nuditū. Joseph
marie symeōi subdit circūcidit: ⁊ le
gali hostia mūdat vt pectora nr̄a
q̄ venit relaxare crimina. Serui su-
bijt manꝰ baptizādꝰ ⁊ p̄fert frau-
des tētatoris: fugit p̄sequētiū la-
pides. Famē patit dormit ⁊ tristat
ac lauit discipulꝰ pedes: deꝰ hō sū
mus hūilis. Sꝫ tū iter hec abiecta
corporis eiꝰ deitas nequaq̄ q̄uit la-
tere signis varijs ⁊ doctrinis p̄di
ta. Aquā nuptijs dat saporꝫ vinei
cecos oculos claro vestiuit lumine:
leprā liuidā tactu fugat placido.
Putres suscitat mortuos: mēbraq꞉
curat debilia: furū sāguis ↄstrin-
xit ⁊ saturauit quīq꞉ de panibꝰ q̄na
milia. Stagnū p̄agrat fluctuans
seu siccū litꝰ: vēto sedat linguā re-
serat ↄstrictā recludit aures p̄luā-
tas vocibꝰ febres depulit. Post hec
mira miracula taliaq꞉. Spōte e sua
ꝓprehēdit ⁊ dānat. Et se crucifigi
nō desperit. Sꝫ sol eiꝰ mortē non
asperit. Illuxit dies quē fecit dñs
mortē deuastās ⁊ victor sinis ap-
parēs dilectoribꝰ viuꝰ. Primo ma
rie: dehinc apl'is docēs scripturas
cor aperiēs: vt clausa de ipso rese
rarēt. Faueāt igit resurgēti xp̄o cū
cta gaudijs. Flores segetes redi-
uiuo fructu vernāt ⁊ volucres ge
lu tristi terso dulce iubilās. Lucēt
clariꝰ sol ⁊ luna morte xp̄i turbida
Tellꝰ herbida resurgēti xp̄o plau
dat q̄ tremula eiꝰ morte se casurā
minitat. Ergo die ista exltemꝰ qua
nobis viā vite resurgēs patefecit
iesꝰ. Astra solū mare iocūdēt ⁊ cū-
cta gratulēt ĩ celꝫ spiritalis chori
trinitati. S. lucam.



IN il. t. Exeun 24
tes duo ex disci
pulis iesu: ibāt ip̄o die
in castellū q̄d erat in
spacio stadioꝝ sexa-
gita ab hierlm̄: noīe
emaus. Et ip̄i loq̄bāt
adinuicē de his oībꝰ q̄ acciderāt. Et
factū est dū fabularēt ⁊ secū q̄rerēt
⁊ ip̄e iesꝰ appropiquās ibat cū illis.
Oculi aūt illoꝝ tenebāt ne eū agno
scerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hi
sermones quos ↄfertꝫ adinuicē ābu
lātes: ⁊ estis tristes? Et r̄ndēs vnꝰ
cui nomē cleophas dixit ei. Tu so
lꝰ peregrinꝰ es ĩ hierl'm ⁊ nō cognoui
sti q̄ facta sūt ĩ illa his diebꝰ? Qui
bꝰ ille dixit. Que? Et dixerūt: de iesu
nazareno q̄ fuit vir ꝓpheta potēs ĩ
ope ⁊ sermōe corā deo ⁊ oī pplo. Et
quō eū tradiderūt sūmi sacerdotes ⁊
p̄ncipes nr̄i ĩ dānationē mortis: ⁊
crucifixerūt eū. Nos aūt sꝑabamꝰ-

hꝫ ipse eēt redēpturꝰ isrl. Et nūc sr
hec oīa: dies tcia ē hodie: ex q̄ hec
fctā sūt. Sꝫ ⁊ mulieres q̄dā ex nr̄is
terruerūt nos: q̄ āte lucē fuerūt ad
monumētū. Et nō iuēto corpe eiꝰ
venerūt dicētes se ēt visionē āgeloꝝ
D vidisse: q̄ dicūt eū viuere. Et abie
rūt q̄dā ex nr̄is ad monumētū/ et
ita iuenerūt sicut mulieres dixerūt:
ipꝫ vo nō iuenerūt. Et ipse dixit ad
eos. O sulti ⁊ tardi corde ad credē
dū ī oībꝰ: q̄ locuti sūt ꝓphete. Nō=
ne oportuit xp̄ꝫ pati: ⁊ ita itrare ī
gloriā suā? Et icipiēs a moyse ⁊ oī
bꝰ ꝓphetꝫ: iterp̄tabat illꝫ ī oībꝰ scri
pturis q̄ de ipo erāt. Et appropin
quauerūt castello quo ibāt: ⁊ ipse se
finxit lōgiꝰ ire. Et coegerūt illū: di=
cētes. Mane nobiscū qm̄ aduespa
scit: ⁊ iclinata ē iā dies. Et itrauit
cū illis. Et fctm̄ ē dū recūberet cū
eis: accepit panē ⁊ bn̄dixit ac fre=
git/ ⁊ porrigebat illis. Et apti sūt
E ocli eoꝝ: ⁊ cognouerūt eū. Et ipse
euanuit: ex oclis eoꝝ. Et dixerūt
ad iuicē. Nōne cor nr̄ꝫ ardēs erat ī
nobis dū loq̄ret ī via: ⁊ apiret no=
bis scripturas? Et surgētes eadē
hora: regressi sūt ī hirl'm. Et iuene
rūt ꝯgregatos vndecī: ⁊ eos q̄ cū
ipis erāt dicētes q̄ surrexit dn̄s ve
⁊ appuit symoni. Et ipi narrabāt
q̄ gesta erāt ī via: ⁊ quō cognoue=
Math. rūt eū: ī fractiōe panis. Gr. Ange
24.B lꝰ dn̄i: descēdit de celo: ⁊ dixit mulieribꝰ
quē q̄ritis surrexit sicut dixit all'. Secr.

P Aschales hostias recēsētes
qs dn̄e: vt qd̄ frequentamꝰ
actu: ꝯprehēdamꝰ effectu. Per dn̄.
Pref. Et te q̄de. Infra acti. Cōicā=
tes. Hanc igitur. Cō. Surrexit
Luce. dn̄s ⁊ apparuit petro all'a. Postcō.
24.E

I Mpleat ī nobꝫ q̄s dn̄e sacra
mēti paschalis scrā libatio:
nosq̄ de trenis affectibꝰ ad celeste

trāsferat istitutū. Per.

Fer.iij. Officiū.

A Qua sapiētie po= Eccli.
tauit eos all'; firmabit 15.A
ī illis ⁊ nō flectet all'a:
⁊ exaltabit eos ī eternū:
all'. all'. Ps. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonꝰ: qm̄ 117.
ī seculum misericordia eius. Oratio.

D Eus q̄ ecclesiam tuā nouo sēp
fetu multiplicas: ꝯcede famu
lis tuis: vt sacramētū viuēdo tene
ant qd̄ fide pceperūt. Per. Lec. act. ap.

I N diebꝰ ill'. Surgēs paulꝰ ⁊ 3.
manu silētiū idicēs ait. Viri
frēs filij gn̄is abrahā ⁊ q̄ ī vobis
timēt deū: vobis vbū salutis huiꝰ
missū est. Qui eī habitant hirl'm ⁊
pncipes eiꝰ ignorātes iesū ⁊ voces
ꝓphetaꝝ q̄ p oē sabbatū legūtur:
iudicātes ipleuerūt. Et nullā causā
mortis iuenientes ī eo: petierūt a py
lato: vt iterficerēt eū. Cūq̄ ꝯsum=
massēt oīa q̄ de eo scripta erāt: de
ponētes eū de ligno posuerūt eū ī
E monumēto. Deꝰ vero suscitauit
eū: tertia die a mortuis. Qui visꝰ
est p dies multos his q̄ simul ascē
derāt cū eo de galilea ī hirl'm: q̄ vs
q̄ nūc sūt testes eiꝰ ad plebem. Et
nos vobis āñūciamꝰ eā q̄ ad pr̄es
nr̄os repromissio facta est: qm̄ hāc
deꝰ adimpleuit filijs nr̄is: resusci
tās iesū xp̄ꝫ: dn̄ꝫ nr̄ꝫ. Gr. Hec dies. ps.106
V. Dicāt nūc q̄ redēpti sūt a dn̄o quos
redemit de manu inimici de regionibꝰ cō
gregauit eos. All'a. V. Angelꝰ dn̄i de= Math.
scēdit de celo ⁊ accedēs reuoluit lapidē 24.B
⁊ sedebat sup eū. V. Respōdēs aūt an=
gelus dixit mulieribꝰ quē q̄ritis illi a ūt
dixerunt iesū nazarenum. Sequētia.

V Ictime paschali laudes imo
lēt xp̄iani. Agnus redemit
oues xp̄s inocēs pr̄i recōciliauit
pctōres. Mors ⁊ vita duello ꝯflixere
mirādo duc vite mortuꝰ regñ viuꝰ

Dic nobis maria quid vidisti in via. Sepulchrum christi viventis et gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes sudarium et vestes. Surrexit christus spes nostra precedet vos in galileam. Credendum est magis soli marie veraci quam iudeorum turbe fallaci. Scimus christum surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Sequentia sancti evangelii secundum lucam.

24. 

In illo tempore. Stetit iesus in medio discipulorum suorum: et dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero et conterriti: existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate et videte: quia spiritus carnem et ossa non habet: sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus: et mirantibus pre gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et favum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit illis. Et ait ad illos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi: et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat christum pati: et resurgere a mortuis die tertia. Et predicari in nomine eius penitentiam: et remissionem peccatorum in omnes gentes. Credo. Offertorium. Intonuit de celo

ps. 17. dominus et altissimus dedit vocem suam: et apparuerunt fontes aquarum alleluia. Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hec pie devotionis officia: ad celestem gloriam transeamus. Per dominum. Prefatio. Et te quidem. Communicantes. et Hanc igitur. Communio.

Collo. 3. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite alleluia: ubi christus est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite alleluia. Postcommunio.

Concede quesumus omnipotens deus: ut paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseveret. Per dominum. Feria quarta. Officium.



Matth. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum alleluia: quod vobis paratum est ab origine mundi alleluia al. al. Ps. Cantate domino canticum novum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dominice annua solennitate letificas: concede propicius: ut per temporalia festa que agimus pervenire ad gaudia eterna mereamur. Per dominum. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis. Aperiens petrus os suum: dixit. Viri israelite: et qui timetis deum audite. Deus abraham: et deus isaac, et deus iacob. Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum iesum quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem pylati: iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis et petistis virum homicidam donari vobis. Auctorem vero vite interfecistis: quem deus suscitavit a mortuis cuius nos testes sumus. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis: sicut et principes vestri. Deus autem qui prenunciavit per os omnium prophetarum pati christum suum: implevit sic. Penitemini igitur et convertimini: ut deleantur vestra peccata. Graduale. Hec dies. Versus. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltavit me. Alleluia. Versus. In die resurrectionis mee dicit dominus precedam vos in galileam. Sequentia.

Concinat orbis cunctus alleluia Nostris voce solennia. Celebrando paschalia. Insonum tenera. Con

gaudeat turma. Sacro fōte niuea
Spernēs flegetōtis vndas. Nos
quoq; laxas aptemus fibras arte
musica. Uoce sonora modificātes
p sis neumata. Uocē satis tinnula
xp̄s nāq; mitis hostia. Fact⁹ nr̄a
ob remedia. Crucis ptulit pbra.
Et iug; vita manēs subijt letalia
Fellis amara pass⁹ plibare pocla.
Uulnera satis tolerauit dira: trās
fix⁹ claui; & lācea. Sic tolerādo ma
la gerēs nr̄a: descēdit ad yma tar=
tara. Hostis ātiq̄ quo destrigēs ar
ma: reuehit potēs āpla ouādo tro
phea. Sicq; deuicta morte ac resū
pta carne resurgit victor die hodi=
erna. Unū iā iocūdas ipi canamus
odas. Per quē nobis vita redit
et̄na. Et celi clara nobis patescit
aula. Cui sit laus et̄na. S. iohēm



IN il. t. Mani=
festauit se ies⁹
discipl'is suis: ad ma
re tiberiadis: manife
stauit aūt sic. Erant
aūt simul symon pe=
tr⁹ & thomas q̄ dr̄ di
dim⁹ / & nathanael q̄
erat a chana galilee: & filij zebedei
et alij ex discipulis ei⁹ duo. Dicit
eis symon petr⁹. Uado piscari. Di
cūt ei. Uenim⁹ & nos tecū. Et exie
rūt & ascēderūt i naui: et illa nocte
nichil pr̄ēdiderūt. Mane aūt facto
stetit ies⁹ i littore: nō tn̄ cognoue=
rūt discipuli q2 ies⁹ esset. Dicit ergo
eis ies⁹. Pueri: nūqd pulmētariū
habetis? Rn̄derūt ei. Nō. Dixit eis
Mittite i dexterā nauigij rethe: &
inuenietis. Miserūt ergo: & iā nō va
lebāt illud trahere p2e multitudīe
pisciū. Dicit ergo discipul⁹ ille quē
diligebat ies⁹ petro. Dn̄s ē. Symō
petr⁹ cū audisset q2 dn̄s esset tunica
succinxit se: erat eīm nud⁹ & misit se
in mare. Alij aūt discipli nauigio
venerūt. Nō enī lōge erāt a t'ra: s;
quasi cubitis ducētis trahētes re
the pisciū. Ut ergo descēderūt i t'rā:
viderūt p2unas positas & piscē sup
positū: & panē. Dicit eis ies⁹. Affer — D
te de piscib⁹: quos p2ēdidistis nūc.
Ascēdit aūt symō petr⁹ & traxit re
the i t'rā: plenū magnis piscib⁹ cē=
tū qnquagīta trib⁹. Et cū tāti es
sēt: nō est scissū rethe. Dicit eis ie
s⁹. Uenite: p2ādete. Et nēo aude=
bat discūbētiū īterrogare eū tu q̄s
es: sciētes q2 dn̄s ē. Et venit ies⁹ &
accepit panē & dedit eis: & piscē silr̄.
Hoc iā tertio manifestat⁹ ies⁹ disci
pulis suis: cū resurrexisset a mor=
tuis. Offr̄. Portas celi aperuit dn̄s et — Ps. 77
pluit illis mānā vt ederent panē celi de
dit illis: panē āgelorū mādūcauit hō all'.
SAcrificia dn̄e pascha (Secr̄.
lib⁹ gaudijs imolata nobis
tue ppiciatōis mun⁹ obtineāt q̄=
b⁹ eccl'ia tua mirabiliter & pascit' &
nutrit'. p. Pref. Et te qd̄. Cōicātes
et Hāc igitur. Cōio. Xp̄s resurgens — Rom.
ex mortuis iam nō moritur: mors illi vl — 6. B
tra nō dominabitur allā. Postcōio.
AB oī nos q̄s dn̄e vetustate
purgatos sacramēti tui ve
nerādā pceptio: in nouā trāsferat
creaturā. p. Notādū ē q̄ his trib⁹
dieb⁹ scz fer. v. & sab. offm̄ an. Gl'ia
p'ri & ceptal' gr̄ p⁹. bn̄ū. Fer. v. offm̄

UIctricē manū tuā — Sap.
dn̄e laudauerūt pariter — 10 D
allā: q2 sapiētia aperuit
os mutū & liguas infātiū fecit di
sertas allā all'. Ps. Cōfitemini dn̄o
qm̄ bonus: qm̄ in sclm̄ mīa eius. Oro. — 117.
DEus q̄ diuersitatē gētiū in
cōfessione tui nois adunasti
da vt renatis fonte baptismatis
vna sit fides mētiū: & pietas actio

nū. Per. Lectio actuū apostoloꝝ.
8 B I N diebꝰ ill. Angelꝰ dñi locu
tꝰ est ad philippū dicēs. Sur
ge ⁊ vade ꝯtra meridianū: ad viā q̄
descēdit ab hirlz ī gazā: hec est desert
ta. Et surgens abijt. Et ecce vir
ethiops eunuchꝰ potēs candacis re
gie ethiopū q̄ erat sup oēs gazas
eiꝰ venerat adorare ī hirlz: ⁊ reuer
tebatꝰ sedēs sup currū suū legēsq̄
esaiā ꝓphetā. Dicit aūt spūs philip
po. Accede ⁊ adiūge te ad currū istū.
F Accurrēs aūt philippꝰ: audiuit illū
legētē isaiā ꝓphetā ⁊ dixit. Putas
ne itelligis q̄ legis? Qui ait. Et quō
possū itelligere si nō aliqs ostēderit
michi? Rogauitq̄ philippū vt ascē
deret: ⁊ sederet secū. Locꝰ aūt scri
pture quā legebat: erat hic. Tāq̄
ouis ad occisionē ductꝰ est: ⁊ sicut
agnꝰ corā tōdēte se sine voce sic nō
apuit os suū. In hūilitate iudiciū
eiꝰ sublatū est: gñationē illiꝰ quis
enarrabit? Qm̄ tollet de t̄ra vita
eiꝰ. Rñdēs aūt eunuchꝰ philippo:
dixit. Obsecro te de quo ꝓpheta di
cit hoc de seipso an de alio aliquo.
G Aperiēs aūt philippꝰ os suū: ⁊ inci
piēs a scriptura ista: ⁊ euangeliza
uit illi iesū. Et dū irēt p viā: venert
ad quādā aquā. Et ait eunuchus.
Ecce aqua. Quis ꝓhibet me bapti
zari? Dixit aūt philippꝰ. Si credꝭ
ex toto corde: licꝫ. Et rñdēs ait. Cre
do dei filiū eē iesū xp̄m. Et iussit sta
re currū. Et descēderūt vterq̄ ī aquā
philippꝰ ⁊ eunuchꝰ ⁊ baptizauit eū.
Cū aūt ascēdissēt de aqua spūs dñi
rapuit philippū: ⁊ āpliꝰ non vidit
eū eunuchꝰ. Ibāt aūt p viā suā gau
dēs. Philippꝰ aūt iuētꝰ est ī azoto.
Et pertrāsiēs euāgelizauit ciuitati
bꝰ cūctis: donec veniret cesareā: no
mē dñi iesu xp̄i. Gr. Hec dies. V. La
pidē quē reprobauerūt edificātes hic fa
ctꝰ est ī caput āguli: a dño factū est istud
⁊ est mirabile ī oculis nr̄is. Allā. V.
Surrexit dñs ⁊ occurrēs mulieribꝰ ait:
auete tūc accesserūt ⁊ tenuerūt pedes eiꝰ.
P Rome casta ꝯcio cūcti (Seq̄)
ca organa subnectēs ꝓpo
rica. Regi claustra deo tartarea rū
pēti decāta nūc symphonia. Mor
te q̄ victa resurgēs gaudia mūdo
gestat colēdo. Hac isolita morātes
p dira cochiti ꝯfinia. Aspectāt insa
ꝑcāte illo vita btā. Terrore pculsa
tremiscit demonum plebs valida.
Dāt suspiria fletuū alta repagla.
Quis sic audax fregerit miratur
tūc fortia. Sic ad supa redit cum
turma gl̄iosa ⁊ timida refouet di
scipuloꝝ corda. Precelsa huiꝰ cro
phea admirātes flagitemꝰ tūc vo
ce declina. Virginū iter agmīa me
reamur preciosū colere vt pascha.
Galilea inq̄ sacrata ꝑfulgide cō
tueri lucis exordia. Scd̄m iohēm.



I N il. t. Maria 20
stabat ad mo
numētū foris plorās.
Dū ꝗ fleret iclinauit
se: ⁊ pspexit in monu
mētū. Et vidit duos
āgelos ī albꝭ sedētes
vnū ad caput et vnū
ad pedes vbi positū fuerat corpꝰ
iesu. Dicūt ei illi. Mulier q̄d ploras?
Dicit eis. Q2 tulerūt dñz meū: ⁊ ne
scio vbi posuerūt eū. Hec cū dixisset
ꝯuersa est retrorsū. Et vidit iesū
stātē ⁊ nesciebat q2 iesꝰ ē. Dicit ei
iesꝰ. Mulier q̄d ploras? Quē q̄ris?
Illa autē existimās q2 ortolanus
eēt dīt ei. Dñe si tu sustulisti eū: di
cito michi vbi posuisti eū: ⁊ ego eū
tollā. Dicit ei iesꝰ. Maria. Cōuer
sa illa: dicit ei. Raboni: q̄d dī mgr̄.
Dicit ei iesꝰ. Noli me tāgere: nōdū
ei ascēdi ad p̄rēz meū. Vade aūt ad

fres meos et dic eis. Ascendo ad patrem
meū et patrē vestrū: deū meū et deū
vrm. Venit maria magdalene annū
ciās discipulis: quia vidi dñm et hec di
cit michi. Credo. Offertoriū. In die solen
Exodi. E nitatis vestre dicit dñs inducā vos in terrā
fluentem lac et mel alleluya. Secreta
Suscipe dñe munera propiciꝰ
tuorū famulorū: ut in confessiōe tui
nois et baptismate renouati: sempit
nā beatitudinē consequamur. Per d.
Pref. Et te quidē. et Cōicātes. Hanc
igit. Cōio. Populus acquisitionis annūciate
1.Pe. 2. B virtutes eius alla: qui nos de tenebris voca
uit in admirabile lumē suū alla. Postcō.
Exaudi dñe preces nrās: ut redē
ptionis sacrosctā commercia: et vi
te nobis conferāt presentis auxilia et gau
dia sempiterna conciliēt. Per. Fer. vi. Offm.
ps.77 Eduxit eos dñs in spe
alla alla: et inimicos eorū ope
ruit mare alla alla alla. Ps.
Attendite popule meꝰ legē meā: inclināte
20 aurē vestrā in verba oris mei. Oratio.
Omnipotens sempiterne deꝰ qui paschale
sacramētū in recōciliationis hu
mane federe contulisti: da mētibus
nrīs ut quod professiōe celebramꝰ imi
temur effectu. Per. Lc. epīe be. petri apli.
1.3. D Charissimi. Xps semel pro pecc
atis nrīs mortuꝰ est iustꝰ pro iniustis:
ut nos offerret deo: mortificatos quidē
carne: viuificatos autē spū. In
quo et his qui in carcere conclusi erant
spūaliter veniēs predicauit: qui incredulī
fuerāt aliqñ quā expectabāt dei pa
tientiā in diebꝰ noe dū fabricaret ar
ca: in qua pauci: id est octo aie sal
ue facte sūt per aquā. Quod et nos nūc
similis forme saluos facit baptis
ma: nō carnis depositio sordiū sed
conscientie bone interrogatio in deū. Per
resurrectionē iesu xpi dñi nrī: qui est
in dextra dei. Gr. Hec dies. V. Dicāt nūc.
Alla. V. Surrexit altissimꝰ de se
pulchro qui pro nobis pependit in ligno. Seqn.
Prima verꝰ expurget ut sincere
celebret noua resurrectio. Hec est
dies nrē spei: huiꝰ mira vis diei:
legis testimonio. Hec egiptū spolia
uit et hebreos liberauit: de fornace
ferrea. His in arto constitutis opus
erat seruitutis: lutū latet palea. Iā
diuine laus virtutis iā triūphi iā sa
lutis: vox erūpat libera. Hec est dies
quā fecit dñs dies nrī doloris termi
nꝰ dies salutifera. Lex est vmbra fu
turorū xps finis promissorū qui cōsumat
oia. Xpi sanguis igneā hebetauit rū
pheā amota custodia. Puer nrī for
ma risꝰ per quo vetuere est occisꝰ vite si
gnat gaudiū. Ioseph exit de cister
na iesꝰ redit ad supna: post mortis
supplicia. Hic dracones pharaonis
draco vorat a draconū imunis mali
cia. Quos ignitꝰ vulnerat hos serpē
tis liberat enei presentia. Anguē forat in
maxilla xps hamꝰ et armilla in cauer
na regulꝰ. Manū mittit ablactatꝰ et
sic fugit exturbatꝰ vetꝰ hospes secli.
Irrisores helisei dū conscēdit domū
dei: zelū calui sentiūt. Dauid arrepticiꝰ
hircꝰ emissariꝰ et passer effugiūt. In
maxilla mille sternit et de tribu sua
spernit sanso matrimoniū. Sanso ga
ze seras pandit et asportās portas
scandit montis sup cacumē. Sic de iuda
leo fortis: fractis portis dire mortis
die surgēs tertia. Rugiēte voce patris
ad supne sinū matris tot reuexit spo
lia. Cetꝰ ionā fugitiuū veri ione si
gnatiuū post tres dies reddit viuū
de ventris angustia. Botrꝰ cypri reflo
rescit dilatatur et excrescit: sinagoge
flos marcessit et floret eccla. Mors
et vita conflixere resurrexit xps vere
et cū xpo surrexere multi testes glīe.
Mane nouū mane letū vespertinū

tergat scelũ: q2 vita vicit letũ xp̄s ẽ
leticie. Jesu victor/iesu vita/iesu
vite via trita/cui⁹ morte mors so
pita/ad paschalẽ nos invita mẽsã
cũ leticia. Vive panis vivax vnda
vera vitis et fecũda/tu nos pasce tu
nos mũda/vt a morte nos secũda
tua salvet grã. Secũm matheum.

118.D In illo t. Undeci discipli abierũt in galileã: in mõtem vbi cõstituerat illis iesus. Et videntes eũ adorauerũt: qdã autẽ du bitauerũt. Et accedẽs iesus locut⁹ ẽ eis dicẽs
Data est michi oĩs ptãs: i celo et in
tra. Euntes ergo docete oẽs gẽtes ba
ptizãtes eos: i noĩe pris et filij et sp̃s
scti docẽtes eos suare oĩa q̃cũq3 vo
bis mãdaui. Et ecce ego vobiscũ sũ
oĩb⁹ dieb⁹: vsq3 ad cõsumationẽ secli
Levit. 23. Credo. Offẽ. Erit vob' hec dies mẽo
rialis all'a: et diẽ festũ celebrabitis solẽ
nẽ dño in pgenijs vr̃is legitimũ sempi
ternum diẽ all'a all'a all'a. Secreta.
Hostias q̃s dñe placat⁹ assu
me quas et p renatoꝝ expia
tiõe pctĩ deferim⁹: et p acceleratiõe
celestis auxilij. p. Prefa. Et te q̃dẽ.
Cõicãtes. et Hanc igit. Cõio Data
Math. 28. D est michi oĩs ptãs i celo et in tra all'a: eũ
tes docete oẽs gẽtes baptizãtes eos: in
noĩe pris et filij et sp̃us scti all'a al. Pos.
Respice q̃s dñe ppl'z tuũ quẽ
eternis dignatus es inovare
mysterijs: a tpalib⁹ culpis dignan
ter absolue. p dñ. ¶ Sabbo. Offĩ
f.104 Eduxit dñs ppl'm
suũ i exultatiõe all'a:
et electos suos in leti
cia all'a all'a. ps. Cõfite
mini dño et invocate nomẽ
ei⁹: annũciate inter gẽtes opa eius. Oro

Concede q̃s oĩps de⁹: vt q̃ fe
sta paschalia venerãdo egi
m⁹: p hec cõtigere ad gaudia eterna
mereamur. p. Le. epl'e b. petri apl'i
1.2. Charissimi Deponẽtes oẽm
malicia et oẽ dolũ et simula
tiões et invidias: et oẽs detractiões.
Sicut mõ geniti infãtes rõnabiles et
sine dolo lac cõcupiscite: vt i eo cre
scatis i salutẽ: si tñ gustastis qm̃ dul
cis ẽ dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ
vivũ ab hoĩb⁹ q̃dẽ reprobatũ a deo
aũt electũ et honorificatũ: et ipi tanq̃
lapides vivi supedificami domos
sp̃uales sacerdotiũ sctm̃ offerẽtes
sp̃uales hostias acceptabiles deo p
iesũ xp̃z. Propt' qd cõtinet scriptura
Ecce ponã i syõ lapidẽ sũmũ ãgu
larẽ pbatũ electũ pciosũ: et q̃ credi
derit i eũ nõ cõfũdet. Vobis igit ho B
noꝝ credẽtib⁹: nõ credẽtib⁹ aũt lapis
quẽ reprobauerũt edificãtes: hic fa
ct⁹ ẽ i caput ãguli. Et lapis offẽsio
nis et petra scãdali: his q̃ offẽdũt
vbo nec credũt i q̃ positi sũt. Vos
gen⁹ electũ regale sacerdotiũ: gẽs
sctã ppl's acq̃sitiõis: vt virtutes an
nũcietis ei⁹ q̃ de tenebris vos vo
cauit: i admirabile lumẽ suũ. Qui
aliq̃n nõ ppl's: nũc aũt ppl's dei. Et
q̃ nõ cõsecuti mĩaz: nũc aũt mĩaz cõ
secuti. All'a. Hec dies quam fecit
dñs exultem⁹ et letemur i ea. All'a. ℣.
Laudate pueri dñz: laud nomẽ dñi. Seq̃
Dic nobis q̃b⁹ etheris nova
Delicto mũdo nũcias gaudia
Mĩaz rurs⁹ visitãs patriã. Undẽs
placido vultu clara voce dixit all'a
Angel⁹ michi de xp̃o indicauit: pia
miracula. Resurrexisse dñz sydera
cecinit voce laudãda. Mox q̃ pen
nas volucris vacuas dirigẽs leta
p auras. Redijt famulis vt dixit va
cuatã legẽ veterẽ et nouã regnare
grãz. Itaq3 plaudite famuli voce

clara. xp̄s hodie redem̄it nos a moꝛ
te dira. Pr̄ filiū tradidit seuis vt i
rerimerēt ꝓ salute nr̄a. Spōte su
biit fili⁹ moꝛtē vt nos redimeret
moꝛte ab et̄na. Nūc redem̄ cape lz
oīb⁹ ꝙ vita frui ꝑpetua. Nūc colite
mecū p̄it famm̄ celebꝛi laude scīm
pascha. xp̄s est pax nr̄a. S. iohēz.

20. A



In illo. t. Una
sabbati maria
magdalene venit ma
ne cū adhuc tenebꝛe
essēt ad monumētū:
ꝙ vidit lapidē subla
tū a monumēto. Cu
currit ergo ꝙ venit ad
symonē petrū: ꝙ ad aliū discipulū
quē amabat iesus / ꝙ dicit eis. Tule
rūt dn̄z de monumēto: ꝙ nescimus
vbi posuerūt eū. Exijt ꝙ petr⁹ ꝙ ille
ali⁹ discipls: ꝙ venerūt ad monumē
tū. Currebāt aūt duo sil: ꝙ ille ali⁹
discipls ꝑcucurrit citi⁹ petro: ꝙ ve
nit pꝛioꝛ ad monumētū. Et cū se in
clinasset vidit posita lintheamina:
nō tn̄ introiuit. Uenit ꝙ symō petr⁹

B

sequēs: ꝙ introiuit i monumētū. Et
vidit lintheamīa posita: ꝙ sudariū
qđ fuerat sup caput iesu nō cū lin
theaminib⁹ positū: sz separatī inuo
lutū i vnū locū. Tūc ergo introiuit
ꝙ ille discipls ꝙ venerat ꝑmus ad
monumētū: ꝙ vidit ꝙ credidit. Nō
dū eñ sciebāt scripturas: qꝛ opoꝛ
teret eum a moꝛtuis resurgere.

P. 117. Credo. Off. Angls dñi descēdit de celo. Beati qui venit i no
mine dñi: bñdicimus vos de domo dñi.
deus dñs ꝙ illuxit nobis all'a. Secr.

Concede q̄s dñe sp nos ꝑ hec
mysteria paschalia ꝗtulari
vt ꝗtinua nr̄e reparatiōis opatio
ꝑpetue nob' fiat causa letitie. ꝑ d.
Pꝛefa. Et te qđē. Cōicātes. Hāc
igitur. Cōio. Oēs ꝙ in xp̄o baptizati
Gala. 3. D estis xp̄m induistis alleluya. Postcōio

Redēptiōis nr̄e munere vege
tati q̄s dñe: vt ꝑ hoc ꝑpetue
salutis auxiliū / fides sēꝑ ꝟa ꝓficiat.
ꝑ d. ¶ Dñica in oct. pasche. Offm̄



Quasi modo geni
ti infātes all'a: rōnabi 1. Pe. 2. A
les dolo lac ꝗcupiscite
all'a all'. al. Ps Exultate
deo adiutoꝛi nr̄o: iubilate deo iacob. Oꝛ. 80.
Presta q̄s oīs de⁹ vt ꝙ pascha
lia festa peregimus hec te lar
giēte moꝛib⁹ ꝙ vita teneam⁹. ꝑ d.
Extra qđē isto die dñica vel festo. ix.
lc. dz tm̄ vna orō: nisi fest. veniat de
ꝙ fiet mēo. ꝙ tūc ꝗcludant sub vna
ꝗclusiōe: sicut ꝙ sp debēt qn̄ tm̄ due
sūt. Dieb⁹ vo ferialib⁹ dr̄r. iij. vel
v. si necesse fuer. pꝛia: scz ꝑtinens
ad missā: reliq vo vnde fuerit mēo
tie i matutis ꝙ alie ad nutū sacer
dotis. Lcō ep̄le btī iohānis aplī.

Charissime. Oē qđ natū ē ex 1. 5.
deo: vicit mūdū. Et hec est vi
ctoꝛia ꝙ vicit mūdū: fides nr̄a. Quis
est aūt ꝙ vicit mūdū: nisi ꝙ credit
qm̄ ies⁹ est fili⁹ dei? Hic ē ꝙ venit ꝑ
aquā ꝙ sāguinē: ies⁹ xp̄s. Nō in aq̄ B
solū: sz i aqua ꝙ sāguie. Et spūs est
ꝙ testificat qm̄ xp̄s ē veritas. Quia
tres sūt ꝙ testimoniū dāt i t'ra: spūs
aq̄ ꝙ sāguis. Et tres sūt ꝙ testimoniū
dāt i celo: pr̄ ꝙ fili⁹ ꝙ spūs scūs. Et
hi tres vnū sūt. Si testimoniū hoim
accipim⁹: testimoniū dei mai⁹ ē. Qm̄
hoc est testimoniū dei qđ mai⁹ est: qꝛ
testificat⁹ est de filio suo. Qui cre
dit i filiū dei: hz testimoniū dei i se.
All'a. Post dies octo ianuis clausis Luce. 26. C
stetit ies⁹ i medio discipuloꝝ suoꝝ ꝙ di
xit eis: pax vob'. Iste v. cū suo All'a
dicat ꝑ isto loco qn̄ agit de fer. ꝑ to
tā ebdomadā. All'a. v. Angel⁹ dñi
descēdit de celo: ꝙ accedēs reuoluit lapi
dē: et sedebat sup eum. Seq. Mane

pzia sabbati dicit' i dñica. Quicunqz
duo Alleluia dicit' i vna missa primū
Alla ponit' d. nō iterat': sz fm tm. Et
si tm vnū Alla. sic i aliā missa tūc
Alla iterat' p⁹ vsū vt i rogatidib⁹.
Subseqūt añt ista p ebd. sedo loco
dicēda vsqz ad ascēsio. cū de fer. dz
vez. Fer. ij. Alla. v⁹. Surrexit dñs
de e apparuit petro. Fer. iij. Alla. v.
Surrexit xp̄s e illuxit ppl'o suo quē re-
demit ipse sāguie suo. Fer. iiij. Alla.
v. Surgēs ies⁹ dñs nr̄ stās i medio disci
pulor e dixit: par vob. Fer. v. Alla.
v. Surrexit xp̄s q creauit oīa e miser⁹
est hūano gñi. Fer. vi. Alla. v. Xp̄s
resurgēs ex mortuis iā nō morit' mors
illi vltra nō dñabit'. Sabbo. Alla. v.
Ite nūciate fratrib⁹ meis vt eant in ga
lileam ibi me videbunt. Sequentia.

Mane pzia sabbati surgēs dei
filius nr̄a spes et glia. Victo
rege scelerz redijt ab iferz cū sūma
victozia. Cui⁹ resurrectio oī plena
gaudio ꝯsolat' oīa. Resurgētis itaqz
maria magdalene fctā est ꝑnūcia
Ferēs xp̄i fr̄ib⁹ ei⁹ morte tristibus
expectata gaudia. O bti oculi q̄b⁹
regē sclī morte iā deposita pzia ē i
tuita. Hec ē illa femīa cui⁹ cūcta
crimīa ad xp̄i vestigia ei⁹ lauit gr̄a.
Que dū plorat & mēs orat fctō cla
mat qd cor amat iesū sup oīa. Nō
ignorat quē adorat qd precat' sic de-
let qd mēs timet ꝯscia. O maria mē
pia stella maris appellarz opez p
merita. Mři xp̄i coēita duz fuisti
sic vocata sz honore subdita. Illa
mūdi ipatrix ista bt̄a peccatrix le-
ticie pzimordia fuere i ecclīa. Illa ei
fuit porta p quā fuit lux exorta:
hec resurgētis nūcia mūdū replet
leticia. O maria magdalena audi
vota laude plēa apd xp̄z chor iste
clement ꝯsilia. Vt fōs sūme pieta
tis q te lauit a pctis seruos tuos

atqz tuos mūdet data venia. Amē
dicāt oīa. Qib⁹ dñicz dñicis dicēis
ab oct. pas. vsqz ad ascē. dñi dz seqn
Victime paschali. dr̄ s. S. iohēm.

20 In illo. t. Cū es
set sero die illo
vna sabbatoz et fo-
res essent clause vbi
erāt discipuli cōgre-
gati ꝑpt metū iudeo-
rū: venit ies⁹/ & stetit
in medio eorum: & di
xit. Pax vobis. Et cū hoc dixisset:
ostēdit eis man⁹ & lat⁹. Gauisi sūt
ergo discipli: viso dño. Dixit ergo
eis iterū. Pax vobis. Sicut misit
me pr: & ego mitto vos. Hec cū di-
xisset: insufflauit & dixit eis. Accipi F
te spz sctm. Quoz remiseritz pctā
remittūt' eis. Et quoz retinueritz:
retēta sūt. Thomas āt vn⁹ ex duo
deci q dz didim⁹: nō erat cū eis qñ
venit ies⁹. Dixerūt g ei alij discipli.
Vidim⁹ dñz. Ille añt dixit eis. Ni
si videro i manib⁹ ei⁹ fixurā clauo
rū: & mittā digitū meū i locum cla
uoz: & mittā manū meā i lat⁹ ei⁹:
nō credā. Et post dies octo: iterum
erāt discipli ei⁹ itus: & thomas cū
eis. Venit ies⁹ ianuis clausis & ste-
tit i medio: & dixit eis. Pax vobis
Deinde dicit thome. Infer digitū G
tuū huc: & vide man⁹ meas & affer
manū tuā & mitte i lat⁹ meū: & noli
eē icredul⁹ sz fidelis. Rñdit ei tho-
ma: & dicit ei. Dñs me⁹: & de⁹ me⁹.
Dicit ei ies⁹. Qz vidisti me thoma
credidisti: bti q nō viderūt & crediderūt
Multa quidē & alia signa fecit ies⁹ in
ꝯspectu discipulor suoz: q nō sūt
scripta i libro hoc. Hec añt scripta
sūt vt credatis: qz ies⁹ est fili⁹ dei.
Et vt credētes vitā habeatis: in
noīe ei⁹. Credo. Offr. Angelus dñi Math.
descēdit de celo & dixit mulierib⁹ quē q̄- 28. I

vitis: surrexit sicut dixit alla. Secreta
Suscipe munera q̄s dn̄e exul
tātis ecclesie tue causā tanti
20. gaudij p̄stitisti: ꝑpetuū fructū gce
de leticie. p d. Pref. Et te q̄dē. Cōio
Math. Mitte manū tuā et cognosce loca clauoꝝ
28. F alla: ꝫ noli eē icredul' sꝫ fidelis alla alla.
Quesum' dn̄e de' nr̄/ (Pocō.
vt sacrosctā mysteria q̄ p re
paratiōis nr̄e munimine ꝯtulisti:
ꝫ p̄sēs nobis remediū facias esse
ꝫ futuꝝ. p d. Fer. ij. Ad missā. offm
Quasi mō geniti. ps Exultate. or.
Presta q̄s. Ut eo. vt s. epla. Oē qd̄
natum est. Alla. v. Post dies octo.
sc̄dm Alla. v. Surrexit dn̄s vere.
Euāgel. Cū eēt sero. Offr. Angel'
dn̄i. Secr. Suscipe munera. Prefa
tio cōis ꝫ cetera vt i dn̄ica cū Bndi
cam' dn̄o. Et sciēdū est ꝙ q̄n die lu
ne vel die martis vel die iouis cā
tant ꝫ fer. legent eple ꝫ euāgelia q̄
i dn̄ica nisi forte festo aliq̄ īpediē
te non possent legi. iiij. fer. vel. vi.
eple ꝫ euāge. ptinētia ad ipsas fe
rias: vel alia forte tūc omitterēt:
vt i capella siue eccl'ia parrochiali
p obitu vel desposatiōe vel hmōi:
ꝫ tūc fiat put notat fer. iiij. in ad
uētu. ¶ Feria. iiij. Ad hebreos.
B Fratres. Obedite p̄positis v̄ris:
ꝫ subiacete eis. Ipi enī pui
gilāt q̄si rōnē p aiab' v̄ris reddituri:
vt cū gaudio hoc faciāt ꝫ nō ge
mētes. Hoc eī expedit vob. Orate
p nobis. Cōfidim' enī q bonā cō
sciētiā hēm' i oīb' bn̄ volētes ꝯuer
sari. Amplius aūt depcor vos hoc fa
cere: quo celerius restituar vobis.
D Deus aūt pacis q̄ eduxit de mor
tuis pastorē magnum ouiū in san
guine testamēti eterni dn̄m nr̄m iesū
xp̄m: aptet vos i oī bono vt facia
tis volūtatē ei': faciēs i vobis qd̄
placet corā se. Per iesū xp̄m cui est

gl'ia: i sc̄la sclo𝔯. Sc̄dm marcum.
In il. t. Surgēs ies' mane p̄ 16.
ma sabbati apparuit p̄mo ma
rie magdalene de qua eiecerat se
ptē demonia. Illa aūt p̄currēs: nū
ciauit his q̄ cū eo fuerāt lugētib' ꝫ
flētib'. Et illi audiētes q vineret C
ꝫ vis' eēt ab ea: nō crediderūt. Post
hec aūt duob' ex eis ambulātib'
ostēsus est i alia effigie: euntib' in
villā. Et illi euntes nunciauerūt
ceteris. Feria sexta. Ad romanos 5.
Fratres. Cū adhuc essem' infir
mi: xp̄s scd̄m carnē pro impijs
mortu' ē. Uix eī p iusto q̄s moriť.
Nā p bono forsitā q̄s audeat mo
ri? Cōmēdat aūt suā charitatē in
nob deus: q̄m adhuc cū peccatores esse
m' xp̄s p nob mortu' est. Multo
magis igit iustificati nūc i sāguie
ip̄i': salui erim' ab ira p ip̄z. Si eī
cū inimici essem' recōciliati sumus
deo p mortē filij ei': multomag re
cōciliati: salui erim' i vita ipsius.
Per dn̄z nr̄z: iesū xp̄z. S. matheū. 26.
In il. t. Exierūt mulieres cito
de monumēto cum timore ꝫ
gaudio magno: currētes nūciare
discipulis ei'. Et ecce ies' occurrit
illis: dicēs. Auete. Ille aūt accesse
runt ꝫ tenuerūt pedes ei': ꝫ adora
uerūt eū. Tūc ait illis ies'. Nolite
timere. Ite nūciate frīb' meis vt
eant i galileā: ibi me videbūt. Que
cū abijssēt: ecce q̄dā de custodibus
venerūt i ciuitatē ꝫ nūciauerūt pnci
pib' sacerdotū oīa q̄ facta fuerāt.
Et ꝯgregati cū seniorib': ꝯsilio ac
cepto pecuniā copiosā dederūt mili
tibus dicētes. Dicite q discipuli
ei' nocte venerūt ꝫ furati sūt eum
vob dormiētib'. Et si hoc auditū
fuerit a p̄side: nos suadebim' ei ꝫ
securos vos faciem'. At illi accepta
pecunia fecerūt sicut erāt edocti.

Et diuulgatū est verbū istud apd iudeos: vsq in hodiernum diem.
Dñica. ij. post oct. paschę. Offm
Ps. 32 Misericordia domini plena est terra: allā: verbo dei celi firmati sūt al'al. ps
Exultate iusti i dño: rectos decet collau=
Deus q i filij tui hūili(tate) ... iacentē mūdū erexisti: fidelib9 tuis ppetuā gcede leticiā: vt quos ppetue mortis eripuisti casib9/ gaudijs facias sepiternis pfrui. p eundē. Lectō eple btī petri apli.
I. 2. D Charissimi. xps pass9 ē p nobis: vob; relinquēs exēplū vt sequamini vestigia ei9. Qui peccm nō fecit: nec īuēt9 est dol9 i ore ei9. Qui cū malediceret: nō maledicebat. Cū pateref: nō cōminabat. Tradebat aūt iudicanti se iniuste: q pctā nr̄a ipse ptulit i corpore suo sup lignū: vt petis mortui iusticie viuam9 cui9 liuore sanati estis. Eratis ei sicut oues errātes: sed conuersi estis nūc ad pastorē ⁊ epyscopum: alaꝝ vr̄aꝝ. Allā. v. Ego sū pastor
Johā. bonus ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cogno
10. C scūt me mee. Ꝯ iste h9 cū suo. Allā. Vl' pro loco: qn agit de feria p ebdomadā. Allā. v. Rñdēs aūt āgel9 dixit mulierib9: quē qritis; ille aūt dixe rūt iesū nazarenū. Notādū q i oīb9 dñicis dñicaliter dictis ab oct. paschę vsq ad ascēsionē dī. Seq. Victime. Secundum iohannem.
10. In. il. t. Dixit iesus discipulis suis. Ego sū pastor bonus. Bon9 pastor alaꝫ suaꝫ dat p ouib9 suis. Mercenari9 autē ⁊ qui nō est pastor cui9 nō sūt oues



C ppie: videt lupū venientē ⁊ dimittit oues et fugit. Et lup9 rapit et dispgit oues. Mercenari9 autē fugit q2 mercenari9 est: ⁊ nō ptinet ad eū de ouib9. Ego sū pastor bon9 Et cognosco meas et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pr̄: ⁊ ego agnosco patrē: ⁊ alaꝫ meā pono p ouib9 meis. Et alias oues habeo q nō sūt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere ⁊ vocē meā audiēt Et fiet vnū ouile: ⁊ vnus pastor.
Offm. De9 de9 me9 ad te de luce vigilo Ps. 62.
⁊ i noīe tuo leuabo man9 meas all. Secr.
Benedictionē dñe nobis conferat salutarē sacra sēp oblatio vt qd agit mysterio/ virtute pficiat. p dn̄. Pref. Et te qdē. Cōio.
Ego sū pastor bon9 all: ⁊ cognosco oues Johā.
meas ⁊ cognoscūt me mee all' al. P9cō. 10. E
Presta nobis qs ops de9: vt viuificatiōis tue grām consequentes: in tuo semper munere gloriemur. Per dominū nr̄m. B
Feria. quarta. Lectio epystole beati petri apostoli.
Charissimi. Scientes quod non corruptibilib9 auro vel argento redēpti estis de vana vestrā cōuersatiōe paterne traditionis: sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati christi. Preconiti quidem ante mundi constitutionē: manifestati aūt nouissimis tēporib9 propter vos qui per ipsū fideles estis i deo. Qui suscitauit eū a mortuis: ⁊ dedit ei gl'iam vt fides vestra ⁊ spes esset i dño. Alas vr̄as castificantes i obedientia charitatis: in fraternitatis amore. Simplici ex corde inuicē diligite attēti9: renati nō ex semine corruptibili s; icorruptibili p vbū dei viui ⁊ pmanētis i etnū. Qr oīs caro vt fenū: ⁊ oīs gl'ia eius tanq flos feni. Exaruit enī fenū ⁊ flos

eius decidit: verbū autem dñi ma
net in eternū. Secundū lucam.
IN il. t. Una sabbati valde di
a luculo venerūt mulieres ad mo
numētū: portātes q̄ pauerāt aro
mata. Et iuenerūt lapidē reuolu
tū a monumēto: ⁊ igresse nō inue
nerūt corp⁹ dñi iesu. Et factū est dū
mēte consternate essent de isto: ecce
duo viri steterūt iuxta illas i veste
fulgēti. Cū timerent āt ⁊ declinarēt
vultū i trā dixerūt ad illas. Quid q̄
ritis viuētē cū mortuis? Nō ē hic:
s; surrexit. Recordamini qualit̄ lo
cut⁹ sit vob; cū adhuc i galilea eēt
dicēs. Qr opz filiū hoīs tradi i ma
nus peccatorū ⁊ crucifigi: ⁊ tertia die re
surgere. Et recordate sūt vboꝝ ei⁹
⁊ egresse a monumēto: nūciauerūt
hec oīa illis vndeci et ceteris oībus.
b Erat āt maria magdalene ⁊ iohā
na ⁊ maria iacob ⁊ cete que cū eis
erāt: q̄ dicebāt ad aplos hec. Et vi
sa sūt añ illos sicut deliramēta vba
ista: ⁊ nō credebāt illis. Petr⁹ autē
surgēs cucurrit ad monumētū: et
pcūbēs vidit lintheamina sola po
sita. Et abijt secū mirās: qđ factū
fuerat. ¶ Fer. vi. Ad corinthios.
16 FRatres. Sicut i adā oēs moriū
tur: ita ⁊ i xpo oēs viuifica
D būt. Unusq̄sq; aūt i suo ordie. Pri
mitie xps: deīde hi q̄ sūt xpi: q̄ i ad
uētu ei⁹ crediderūt. Deīde finis cū
tradiderit regnū deo ⁊ patri: cū eua
cuauerit oēm pncipatū ⁊ ptātē et
virtutē. Opz aūt illū regnare do
nec ponat oēs inimicos ei⁹ sub pedi
bus ei⁹. Nouissime aūt inimica de
struet mors. Oīa aūt subiecit sub
pedib⁹ ei⁹. Cū aūt dicat oīa subie
cta sūt ei: sine dubio pter eū qui
subiecit sibi oīa. Cū autē subiecta
fuerit illi oīa: tūc ⁊ ipse fili⁹ subie
ct⁹ erit illi q̄ sibi subiecit oīa: vt sit
m⁹ oīa in oībus. Scdm matheū.
IN il. t. Accesserūt ad iesū disci
puli iohīs dicētes. Quare nos
⁊ pharisei ieiunam⁹ freqnter: disci
puli aūt tui nō ieiunāt. Et ait illis
iesus. Nūqđ possūt filij spōsi luge
re q̄diu cū illis ē spōs⁹? Uenient āt
dies cū auferet ab eis spōs⁹: ⁊ tūc
ieiunabūt. Nēo aūt imittit cōmis
surā pāni rudis: i vestimētū vet⁹.
Tollit ei plenitudinē ei⁹ a vestimē
to: ⁊ peior scissura fit. Neq; mittūt
vinū nouū i vtres veteres: alioqn
rūpūt vtres ⁊ vinū effūdit ⁊ vtres
pereūt. Sed vinū nouū i vtres no
uos mittūt: ⁊ ambo ꝯseruantur.
¶ Dnica. iij. post pascha. Officiū.



IUbilate deo oīs ps. 65.
tra all'a: psalmū dicite
noī ei⁹ all'a: date gl'ia
laudi ei⁹ all'a al. al. Ps.
Dicite deo q̄m terribilia sūt
opa tua dñe: i m'titudie v'tut' tue. Or.
DEus q̄ errātib⁹ vt i viā possint
redire iusticie veritatis tue lu
mē ostēdis: da cūctis q̄ xpiana pfes
siōe cēsent ⁊ illa respuere q̄ huic i
mica sūt nōi: ⁊ ea q̄ sūt apta secta
ri. P d. Lectio epte btī petri apli.
CHarissimi. Obsecro vos tāq̄ 1.2
aduenas ⁊ pegrinos: abstine
re vos a carnalib⁹ desiderijs q̄ mili
tāt aduers⁹ aiaz. Cōuersatiōnē ve
strā iter gētes hñtes bonā: vt i eo
q̄ detractāt de vob; tāq̄ de male
factorib⁹ ex bonis opib⁹ vos ꝯside
rātes ⁊ glificēt deū i die visitatio
nis. Subiecti oī hūane creature: c
ppt deū. Siue regi q̄si pcellēti: siue
ducib⁹ tāq̄ ab eo missis ad vindictā
malefactoꝝ laudē vō bonoꝝ. Qr sic
est volūtas dei: vt bñfacientes obmu
tescere faciat: īprudētiū hoīz igno
rātiā. Quasi liberi ⁊ nō q̄si velamē

habētes malicie libertatē:sz sicut
serui dei. Oēs honorate:frāternita
tē diligite. Deū timete:regē hono
rificate. Serui subditi estote:in oī
timore dn̄is. Nō tm̄ bonis ꝗ mode
stis:sz etiā discolis. Hec est ei grā.
In xp̄o iesu:dn̄o nostro. Alla.ꝟ.
Modicū ꝗ nō videbitis me dicit dn̄s ꝗ ite
rū modicū ꝗ videbitis me:qz vado ad pa
trē. Alla.ꝟ. In die resurrectiōis mee
dicit dn̄s p̄cedā vos i galileā. Feꝛ.ꝟ.
p̄rio loco. Alla.ꝟ. Iterū aūt videbo
vos ꝗ gaudebit cor vr̄m:ꝗ gaudiū vr̄m
nemo tollet a vob̄. Si duo vꝰ Modi
cū. ꝗ Iterū. dicant̄ p ordo. alternatim
p̄rio loco. q̄n de feꝛ. agit̄. Seq. Vi
ctime paschali. vrs. Scd̄m iohēm.

16. D 

IN il. t. Dixit ie
sus discipulis su
is. Modicū ꝗ iā nō vi
debitis me:ꝗ iterum
modicū et videbitis
me:qz vado ad p̄rē.
Dixerūt ergo ex disci
pulis eius adinuicē.
Quid est hoc qđ dicit nobis modi
cū ꝗ iā nō videbitis me:ꝗ iterū mo
dicū ꝗ videbitis me:ꝗ qz vado ad
p̄rem? Dicebāt ergo. Quid est hoc
qđ dicit modicū? Nescimꝰ qđ loq̄t.
Cognouit aūt iesꝰ qz volebāt eū i
terrogare:ꝗ dixit eis. De hoc q̄ri
tis int̄ vos qz dixi modicū ꝗ nō vi
debitis me:ꝗ iterū modicū ꝗ videbi
G tis me? Amē amē dico vob̄:qz plo
rabitis ꝗ flebitis vos:mūdus aūt
gaudebit. Vos aūt cōtristabimini:
sz tristicia vr̄a vertet̄ i gaudiū. Mu
lier cū parit tristiciā hz:qz venit ho
ra eiꝰ. Cū aūt pepit puer iā nō me
minit p̄ssure p̄pt̄ gaudiū:qz natꝰ
est hō i mūdū. Et vos igit̄ nūc q̄dē
tristiciā habetis. Iterū aūt videbo
vos:ꝗ gaudebit cor vr̄m. Et gau
diū vr̄m nēo tollet a vobis. Offer.

Lauda aīa mea dn̄m:laudabo dn̄m i vita
mea psallā deo meo q̄diu fuero alleluia. p.14
HIs nobis dn̄e mysteriis p̄fe
ratꝰ quo terrena desideria miti
gātes discamꝰ amare celestia. p d.
Prefa. Et te q̄dē. Cōm. Modicū et
nō videbitis me alla:iterū modicū ꝗ vi Jo
debitis me qz vado ad patrē all'. al. Poc. 16.
SAcramenta q̄ sumpsimꝰ dn̄e
q̄s:et sp̄ualibꝰ nos instruāt
alimentis ꝗ corporalibus tueān
tur auxiliis. Per do. Feria. iiii.
Leccio ep̄le btī iohannis apostoli.
CHarissimi. Hec scribo vo 1.2.
bis:vt nō peccetis. Sed ꝗ si
quis peccauerit aduocatū hēmus
apud p̄rem iesum xp̄m iustū ꝗ ipse
est ꝓpiciatio p peccātis nr̄is. Nō pro
nr̄is aūt tm̄:sz etiā totiꝰ mūdi. Et
in hoc scimꝰ q̄m cognouimꝰ eum:si
mādata eiꝰ obseruemus. Qui di
cit se nosse eū ꝗ mādata eiꝰ nō cu
stodit mēdax est:ꝗ veritas i eo nō
est. Qui aūt seruat verbū eiꝰ vere
in hoc charitas dei p̄fecta est. In
hoc scimꝰ q̄m in ip̄o sumꝰ:si i ip̄o
p̄fecti fuerimꝰ. Qui dicit se in ip̄o
manere:debet sicut ipse ābulauit
et ipse ābulare. Charissimi:nō mā
datū nouū scribo vobis:sz mādatū
vetꝰ:qđ habuistis ab initio. Mā B
datū vetus est:verbū quod audi
stis. Iterū mandatū nouum scribo
vobis:quod verum est in ip̄so:ꝗ in
vobis q̄m tenebre trāsierunt ꝗ lu
men verū iā lucet. Per iesum xp̄m
dn̄m nostrum. Scd̄m iohannem.
IN illo t̄pe. Facta est q̄stio ex
discipulis iohānis cū iudeis
de purificatiōe:et venerūt ad iohā
nē/et dixerūt ei. Rabbi:q̄ erat tecū
trās iordanē cui tu testimoniū phi
buisti:ecce hic baptizat et oēs ve
niūt ad eū. Rñdit iohānes:ꝗ dixit.
Nō pōt hō accipere q̄cq̄ nisi fue D

ric ei datū de celo. Ipsi vos michi testimoniū phibetis qd dixerim vobis: ego nō sū xp̄s: sz q2 missus sum ante illū. Qui hz sponsā sponsus est. Amicus aūt sponsi q stat et audit eū: gaudio gaudet ppt vocē sponsi. Hoc ergo gaudiū meū ipletū est illum opz crescere: me aūt minui. Qui de sursū venit sup oēs est. Qui autē de terra est: de terra loquitur. Qui de celo venit: sup oēs est. Et qd vidit et audiuit hoc testatur: et testimoniū eius nemo accipit. Qui aūt accipit eius testimoniū: signauit q2 deus verax est. Quē enī misit deus vba dei loquitur. Nō enī ad mensurā: dat deus spiritū. Pr̄ diligit filiū: et oīa dedit i manu eius. Qui credit in filiū: hz vitā eternā. Qui aūt incredulus est filio: non habet vitā. Sz ira dei manet sup eum. Feria. vi. Ad romanos.

Fratres. Nemo nr̄m sibi viuit: et nemo sibi moritur. Siue enī viuimus dño viuimus: siue morimur dño morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: dñi sumus. In hoc enī xp̄s mortuus est et resurrexit: vt et mortuorū et viuorū dñetur. Tu aūt qd iudicas frem tuū: aut quare spnis fratrē tuū? Oēs enī stabimus āte tribunal dñi. Scriptū est enī. Viuo ego dicit dñs qm michi flectet oē genu: et oīs ligua cfitebitur dño. Itaq3 vnusqsq3 nr̄m p se rōnē reddet deo. Scdm iohānem.

In il. t. Dixit iesus discipulis suis. Ego lux i hūc mūdū veni: vt oīs q credit i me/i tenebris nō maneat. Et si qs audierit vba mea et nō custodierit: ego nō iudico eū. Nō enī veni vt iudicē mūdū: sz vt saluificē mūdū. Qui spnit me et nō accipit vba mea: habz q iudicet eum. Sermo quē locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo die

Quia ego ex meipso nō sū locutus: sed q misit me pater ipse michi mādatū dedit quid dicā: et qd loquar. Et scio quia mādatum eius vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater sic loquor. Dñica.iiij. post pascha. Offm.



Cantate dño canti- ps.97
cū nouū alla: q2 mirabilia fecit dñs alla: ante cspectum gentiū reuelauit iusticiā suam alla al. al. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachiū sanctū eius. Oratio.

Deus qui fideliū mētes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare qd pcipis id desiderare qd pmittis: vt inter mūdanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sunt gaudia. Per. Lectio epl'e beati iacobi apostoli. I.cap.

Charissimi. Oē datū optimū et oē donū pfectū de sursum est: descendēs a pr̄e luminū. Apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Voluntarie enī genuit nos vbo veritatis: vt simus initiū aliqd creature eius. Scitis fr̄es mei dilectissimi. Sit autē oīs hō velox ad audiēdū tardus aūt ad loquendū: et tardus ad irā. Ira enī viri: iusticiā dei nō operatur. Propter qd abiicientes oēm imūdiciā et abūdāciā malicie: i māsuetudine suscipite isitū vbū. Qd potest saluare aīas vr̄as. Alla. V. Vado ad eū q Joh.
misit me: sed q2 hec locutus sū vobis tristi- 6 B
cia ipleuit cor vr̄m. Alla. V. Surrexit dñs et occurrēs mulierib9 ait. Auete: tūc accesserunt et tenuerunt pedes eius. Fer. iiij. a. pro loco Alla. V. Vado ad eū qui misit me et nemo ex vobis interrogat me quo vadis: sed q2 hec locutus sū vobis tristicia ipleuit cor vr̄m. dupl. ps.

Vado. &c. Vado dicant̄ p ebdomadā alternati p̄mo loco qñ de feria agitur. Seq. Victime. &c. vt s̄. S. iohēz.

contritiones eorum. Scd̃m mathꝫũ.



In illo.t. Dixit ie 18.
sꝰ discipulis suis
parabolã hãc. Simi-
le est regnũ celorum
hoi regi:q̃ voluit ra
tionẽ ponere cũ ser-
uis suis. Et cũ cepis-
set rationẽ ponere:
oblatꝰ est ei vnꝰ q̃ debebat decẽ mi-
lia talẽta. Cũ autẽ nõ haberet vñ
redderet:iussit eũ dñs eiꝰ venũda-
ri:ꝯ vxorẽ eiꝰ ꝯ filios ꝯ oĩa q̃ habe-
bat ꝯ reddi. Procidẽs aũt seruꝰ il D
le:rogabat eũ dicẽs. Patiẽtiã ha-
be i me:ꝯ oĩa reddã tibi. Misertꝰ
aũt dñs serui illius:dimisit eũ ꝯ de
bitũ dimisit ei. Egressꝰ aũt seruꝰ il
le:inuenit vnũ de ꝯseruis suis q̃ de-
bebat ei centũ denarios. Et tenẽs
suffocabat eũ:dicens. Redde qd̃ de-
bes. Et ꝓcidẽs ꝯseruꝰ eiꝰ:rogabat
eũ dicẽs. Patiẽtiã habe i me:ꝯ oĩa
reddã tibi. Ille aũt noluit:sꝫ abijt
ꝯ misit eũ i carcerẽ donec redderet
debitũ. Videntes aũt ꝯserui eiꝰ que

fiebāt:ꝯtristati sūt valde. Et vene rūt/⁊ narrauerūt dn̄o suo:oīa q̄ fa cta fuerāt. Tūc vocauit illū dn̄s su⁹:⁊ ait illi. Serue neq̄ oē debitū dimisi tibi: q̄m rogasti me. Nōne ergo oportuit ⁊ te misereri ꝯserui tui:sicut ⁊ ego tui misert⁹ sū? Et irat⁹ dn̄s ei⁹:tradidit eū tortorib⁹ quoadusqȝ redderet vniuersū de bitū. Sic ⁊ pr̄ meus celestis faciet vobis: si nō remiseritis vnusquisqȝ fratri suo:de cordibus vr̄is. Offer. Recordare q̄ steterim in conspectu tuo vt loquerer,pro eis bonum ⁊ auerterem indignationem tuam ab eis. Secreta.

Suscipe dn̄e ꝓpicius hostias quibus ⁊ te placari voluisti ⁊ nobis salutē potenti pietate re stitui. Per dominū. Cōio. Dico vo bis gaudiū est angelis dei sup̄ vno pec catore penitētiam agente. Postcōio.

Immortalitatis alimoniā cō secuti q̄s dn̄e:vt quod ore p̄ cepimus mente sectemur. Per do.

Feria quarta. Ad timotheum.

Charissime. Obsecro primo oīm fieri obsecrationes/ora tiones/postulatiōes/grāꝶ actiones ꝓ oīb⁹ hoīb⁹:⁊ ꝓ regib⁹ ⁊ oīb⁹ q̄ in sublimitate sūt ꝯstituti:vt quietā ⁊ trāquillā vitā agam⁹ i oī pietate ⁊ castitate. Hoc eī bonū est ⁊ acce ptū corā saluatore nr̄o deo:q̄ oēs hoīes vult saluos fieri:⁊ ad agni tionē veritatis venire. Unus enī de⁹: vnus mediator dei ⁊ hoīm/ hō xp̄s ies⁹ q̄ dedit redēptionē se metipȝ ꝓ oīb⁹ cui⁹ testimoniū tēpori b⁹ suis ꝯfirmatū est:i quo positus sū ego predicator ⁊ apostol⁹. Veri tatē dico nō mētior:doctor gentiū in fide ⁊ veritate. Scd̄m marcum.

In illo tp̄e. Dixit ies⁹ discipu lis suis. Amē dico vobis/q̄ cūqȝ dixerit huic mōti tollere ⁊ mittere i mare/⁊ nō hesitauerit i corde suo/sed crediderit q̄ quod cūqȝ dixerit fiat:fiet ei. Propterea dico vobis oīa q̄cūqȝ orantes pe titis:credite:quia accipietis ⁊ eue nient vobis. Et cū stabitis ad orā dū:dimittite si q̄d habetis aduer sus aliquē:vt ⁊ pr̄ vester q̄ in celis est dimittat vobis pctā vr̄a. Qd̄ si vos nō dimiseritis:nec pr̄ vr̄ q̄ i ce lis est: dimittet vobis pctā vr̄a.

Feria sexta. Ad timotheum.

Charissime. Fidelis sermo ⁊ oī acceptatiōe dignus. In hoc enī laboram⁹ ⁊ maledicimur: q̄ speram⁹ i deū viuū q̄ est salua tor oīm hoīm:maxime aūt fideliū. Precipe hec:⁊ doce. Nemo adolescē tiā tuā ꝯtēnat:sȝ exēplū esto fide liū i v̄bo ⁊ ꝯuersatiōe/i charitate i fide/i castitate. Dū venio:attēde lectioni exhortatiōi doctrine. No li negligere grāꝫ q̄ est in te:q̄ data est tibi ꝑ ꝓphetiā cū īpositione ma nuū presbyteri. Hec meditare:et in his esto vt ꝓfect⁹ tu⁹ sit manife stus oīb⁹. Attēde tibi:⁊ doctrine in sta i illis. Hoc eī faciēs/⁊ teipsum saluū facies:⁊ eos q̄ te audiūt. Se niorē ne increpaueris:sȝ obsecra vt patrē/iuuenes vt fratres/an⁹ vt matres/iuuenculas vt sorores:in oī castitate. Uiduas honora:q̄ ve vidue sunt. Si qua aūt vidua fi lios aut nepotes hȝ:discat primū domū suā regere:⁊ mutuā vicē red dere parentibus. Hoc enī acceptū est:corā deo. Secundum marcum.

In illo tp̄e. Dixit ies⁹ discipu lis suis. Uidete quid audia tis. In qua mēsura mēsi fueritis remetiet̄ vobis:et adiciet̄ vobis. Qui enī hȝ dabit̄ ei:⁊ q̄ nō hȝ etiā qd̄ hȝ auferet̄ ab illo. Et dicebat. Sic est regnum dei:quēadmodum

si iaciat hō semētē in terram: ⁊ dor-
miat ⁊ exurgat nocte ac die: ⁊ se-
mē germinet ac crescat dū nescit
ille. Ultro ei terra fructificat pri-
mū herbā / deinde spicā / deinde ple-
num frumentū in spica. Et cum se
pduxerit fruct⁹ statī mittit falcē:
qm̄ adest tēpus messis. ¶ Dnica.
xxiii. Offm. Si iniquitates. Oro.
Deus refugiū nr̄m ⁊ virtus
adesto piis ecclesie tue preci
b⁹ auctor ipse pietatis ⁊ presta: vt
qd̄ fideliter petimus efficaciter cōse
quamur. Per dn̄. Ad philippēses.
Fratres. Imitatores mei
estote: ⁊ obseruate eos q̄ ita
ābulāt: sicut habetis formā nr̄am
Multi ei ambulāt: quos sepe dice-
bā vobis. Nūc aūt ⁊ flens dico: ini
micos crucis xp̄i. Quoꝝ finis inte
ritus / quoꝝ de⁹ vēter est: ⁊ gl'ia in
cōfusiōe eoꝝ q̄ terrena sapiūt. Nr̄a
aūt cōuersatio i celis est. Unde etiā
saluatorē expectam⁹ dn̄m nr̄m iesū
xp̄m: q̄ reformabit corpus humili
tatis nr̄e cōfiguratū corpꝰ claritā-
tis sue: scdm̄ operationē qua possit
etiam subiicere sibi oīa. Itaq̄ fra
tres mei charissimi ⁊ desideratissi-
mi / gaudiū meū ⁊ corona mea: sic
state in dn̄o charissimi. Euchodiam
rogo ⁊ sintichē deprecor: idipsū sape
re in dn̄o. Etiā rogo ⁊ te germane
compar adiuua eos q̄ mecū labo-
rauerūt in euāgelio: cū clemente
⁊ ceteris adiutorib⁹ meis. Quorū
nōia sunt in libro vite. Gr. Ecce
q̄ bonū. V. Mādauit dn̄s. Alla. V.
Lauda anima. Secundum mattheū.
In illo tp̄e. Abeuntes pharisei
sei cōsiliū inierūt vt caperēt
iesum in sermone. Et mittūt ei disci
pulos suos cū herodianis dicētes.
Magister / scim⁹ quia verax es: et
viam dei in veritate doces: ⁊ nō est

tibi cura de aliquo. Nō ei respicis
personā hoīm. Dic ergo nobis: qd̄
tibi videtur? Licet cēsū dari cesari:
an nō? Cognita aūt ies⁹ nequitia
eoꝝ: ait. Quid me tentatis ypocri
te? Ostēdite michi numisma cēsus
At illi obtulerūt ei denarium. Et
ait illis iesus. Cuius est hec yma-
go ⁊ supscriptio? Dicūt ei. Cesaris.
Tūc ait illis. Reddite ergo q̄ sunt
cesaris cesari: ⁊ q̄ sūt dei deo. Offr.
Recordare mei dn̄e oīpotētatui domi-
nās da sermonē rectū ⁊ bn̄sonātē in os
meū vt placeāt v̄ba mea i cōspectu prīci
pis euerte cor ei⁹ i odiū repugnātiū no
bis: ⁊ i eos q̄ cōsentiūt eis: nos aūt libera
in manu tua de⁹ nr̄ in eternū. Secreta
Da q̄s misericors de⁹ vt hec sa
lutaris oblatio ⁊ a propriis
nos reatib⁹ indesinēter expediat: ⁊
ab oīb⁹ tueatur aduersis. Per dn̄.
Communio. Dico vobis. Postcōio.
Sumpsim⁹ dn̄e sacri dona my
sterii hūiliter deprecātes: vt q̄ i
tui cōmemoratione nos facere p̄cepi
sti i nr̄e pficiāt īfirmitatis auxiliū.
Per dn̄. ¶ Fer. iiii. Ad timotheum
Charissime. Noli erubescere
testimoniū dn̄i nr̄i iesu xp̄i:
neq̄ me vinctū eius: sed collabora
euangelio scdm̄ virtutē dei: q̄ nos
liberauit ⁊ vocauit vocatione sanc
ta nō scdm̄ opera nr̄a: sed scdm̄ p
positū suū ⁊ gratiam q̄ data est no
bis in xp̄o iesu ante tp̄a secloꝝ ma
nifestata est aūt: nūc per illumina
tionem saluatoris nr̄i iesu xp̄i q̄ de
struxit q̄dē mortē: illuminauit aūt
vitā ⁊ icorruptionē per euangeliū
in quo posit⁹ sū ego predicator et
apl's ⁊ magister gētiū. Ob quam
causam etiā hec patior: s₃ nō cōfun
dor. Scio eni cui credidi / ⁊ cert⁹ sū
q₂ potēs est depositū meum serua-
re in illum diem. Scdm̄ mattheum.

IN il.t. Cū venisset iesus et di-
scipuli eius capharnaū/acces-
serūt q̄ didragma accipiebāt ad pe
trū:& dixerunt ei. Magister vr̄:nō
soluit didragma. Ait. Etiā. Et cū
itroisset i domū ꝑuenit eū iesus:di-
cēs. Quid tibi videt symō. Reges
tre a q̄bus tributū accipiūt:vel cen-
sū? A filiis suis:an ab alienis? Et
ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus
Ergo liberi sūt filii. Ut autē non
scādalizemus eos/vade ad mare et
mitte hamū:& eū piscē qui primus
ascēderit tolle/& aperto ore eius in-
uenies staterā. Illū sumēs da eis
pro me & te. Feria.vi. Ad titum
OHarissime. Oia mūda mūdis
coinquinatis aūt & ifidelibus ni
chil est mūdū:sz inquinate sūt eoꝝ:&
mēs et cōsciētia. Cōfitent se nosse
deū:factis aūt negāt cū sint abo-
minati & icredibiles:& ad oē opus
bonū reprobi. Tu autē loq̄re:que
decent sanā doctrinā. Senes vt so
brii sint:pudici prudētes sani:i fi
de in dilectiōe i patiētia. Anus si-
militer in habitu scō nō crimina
trices nō vino multo seruiētes be
ne docētes vt prudētiā doceāt. Ado
lescētulas vt viros suos amēt:fi-
lios diligāt/prudētes sobrias ca-
stas:domus curam habētes/beni
gnas/subditas viris suis vt non
blasphement verbū dei. Iuuenes
simul hortare:vt sobrii sint i oībus
Temetipsū ꝓbe exēplū bonoꝝ ope
rū:in doctrinā itegritate i grauis-
tate. Verbū sanū irreꝓhēsibile:vt
is q̄ ex aduerso est vereatur nichil
habēs malū dicere de vobis. Ser
uos dn̄is suis subditos esse i oībus
placētes nō cōtradicētes nō frau
dātes:sz in oībus fidē bonā ostēden
tes vt doctrinā saluatoris nostri
dei ornēt in oībus. Scdm marcū.

IN il.t. Cōueneūt ad iesū pha
risei:& q̄dā de scribis venien
tes ab hierosolymis. Et cū vidis-
sent q̄sdā ex discipulis eius nō lotis
manibus mādūcare panē:vitupera
uerūt eos pharisei ei & oēs iudei:ni
si crebro lauēt manus nō mādūcāt:
tenētes traditiōes senioꝝ. Et cū a
foro venerit:nisi baptizarent nō
comedūt. Et solēt alia multa que
tradita sūt illis seruare baptisma
ta calicū:& vrceoꝝ & eramētoꝝ:& le
ctoꝝ. Et iterrogabant eū scribe &
pharisei dicētes. Quare discipuli
tui nō ābulāt iuxta traditionē se
nioꝝ:sz nō lotis manibus mādūcāt
panē? Et ille rn̄dēs:dixit eis. Bn̄
ꝓphetauit esaias de vobis ypocri
tis:sicut scriptum est. Ppl's hic la
biis me honorat:coꝛ aūt eoꝝ lōge
est a me. In vanū aūt me colūt do
cētes doctrinas & precepta hoim.
Relinquētes enī mādatū dei tenen
tes traditionē hominū. Dñica
xxiiij. offm̄. Si iniquitates. Oro.
ABsolue q̄s dn̄e tuoꝝ delicta
ppl'oꝝ:& a peccatoꝝ nroꝝ nexi-
bus que pro nr̄a fragilitate cōtra
ximus tua benignitate liberemur.
Per dominum. Ad colocenses.
FRēs. Nō cessamus pro vobis x
orātes & postulātes vt ipleā
mini agnitiōe volūtatis eius:in oī
sapiētia & intellectu spiritali. Ut
āmbuletis digni deo ꝑ oīa placētes
i oī ope bono fructificātes & crescē
tes i sciētia dei. In oī virtute ꝯfor
tati:scdz potētiā claritatis eius. In
oī patiētia & lōganimitate cū gau
dio. In xp̄o iesu:dn̄o nostro. Gr.
Ecce q̄ bonum. V. Sicut vnguentum.
Alla. V. Qui sanat. S. mattheum.
IN il.t. Loquēte iesu ad tur- 9
bas:ecce ꝑnceps vnus accessit
& adorabat eum dicēs. Dn̄e/filia

mea modo defuncta est: sed veni impo
ne manum tuam super eam et viuet. Et sur
gens iesus sequebatur eum et discipuli eius.
Et ecce mulier que fluxum sanguinis pa
tiebatur duodecim annis accessit retro:
et tetigit fimbriam vestimenti eius. Di
cebat enim intra se. Si tetigero tantum ve
stimentum eius: salua ero. At iesus conuer
sus est videns eam: dixit. Confide filia:
fides tua te saluam fecit. Et salua fa
cta est mulier ex illa hora. Et cum ve
nisset iesus in domum principis/ et vidis
set tibicines et turbam tumultuantem:
dicebat. Recedite/ non est enim mor
tua puella: sed dormit. Et deridebant
eum/ et cum eiecta esset turba intrauit et
tenuit manum eius: et surrexit puella.
Et exijt fama hec in vniuersam terram
illam. Offertorium Recordare quod ste. Secreta.

Pasto nostre seruitutis augmento
sacrificium tibi domine laudis of
ferimus/ presta quesumus: vt quod immeri
tis contulisti: propicius exequaris.
Per. Communio Dico vobis. Postcommunio.

Quesumus omnipotens deus: vt quos diuina
tribuis participatione gaudere
humanis non sinas subiacere pericu
lis. Per dominum. Feria iiii. Ad romanos.

Fratres. Nolo vos ignorare mi
sterium hoc: vt non sitis vobis
metipsis sapientes: quia cecitas ex parte
contigit in israel donec plenitudo gentium
intraret/ et sic omnis israel saluus fieret: si
cut scriptum est. Veniet ex syon qui eri
piat et auertat impietates ab iacob.
Et hoc illis a me testamentum cum ab
stulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem
inimici propter vos secundum electionem caris
simi propter patres. Sine penitentia autem
sunt dona et vocatio dei. Sicut enim
aliquando vos non credidistis deo: nunc
autem misericordiam consecuti estis propter illorum in
credulitatem: ita et isti nunc non credi
derunt in vestram misericordiam: vt et ipsi misericordiam
consequantur. Conclusit enim deus omnia in in
credulitate: vt omnium misereatur. O al
titudo diuitiarum sapientie et scientie
dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius:
et inuestigabiles vie eius. Quis cogno
uit sensum domini: aut quis consiliarius eius
fuit? Aut quis prior dedit illi: et retri
buetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum: et in ip
so sunt omnia. Ipsi honor et gloria: in se
cula seculorum amen. Secundum marcum.

In illo tempore. Interrogauit iesum vnus
de scribis quod esset primum omnium
mandatum. Iesus autem respondit ei quia primum
omnium mandatum est. Audi israel deus tuus
deus vnus est. Et diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima
tua: et ex tota mente tua/ et ex tota
virtute tua. Hoc est primum mandatum.
Secundum autem simile est huic. Diliges proximum
tuum sicut teipsum. Maius horum
aliud mandatum non est. Et ait illi scri
ba. Bene magister in veritate dixisti/
quia vnus est deus: et non est alius preter eum: et
vt diligatur ex toto corde: et ex toto intel
lectu: et ex tota anima/ et ex tota forti
tudine. Et diligere proximum tanquam seip Marc. 29.
sum: maius est omnibus holocaustomatibus et
sacrificijs. Iesus autem videns quod sapien
ter respondisset: dixit illi. Non es longe
a regno dei. Feria vi. Ad hebreos.

Fratres. Habentes fiduciam in in
troitu sanctorum in sanguine christi 34.
quam initiauit nobis viam nouam et vi
uentem per velamen id est per carnem suam: et
sacerdotem magnum super domum dei: ac
cedamus cum vero corde in plenitudine fidei:
aspersi corda a conscientia mala/ et ablu
ti corpus aqua munda. Teneamus spei 21.
nostre confessionem indeclinabilem. Fidelis
enim qui repromisit. Et consideremus inui
cem in prouocationem charitatis et bono
rum operum: non deserentes collectionem
vestram sicut est consuetudinis quibusdam:
sed consolantes et tanto magis quanto vi
deritis appropinquantem diem. Volun
tarie enim peccantibus nobis post acce

pt̃ noticiã veritatis: iã nõ relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autẽ quedam expectatio iudicij/ et ignis emulatio que consumptura est aduersarios. Secundũ matheum

In illo tp̃e. Dixit iesus turbis iudeorum. Homo quidã habuit duos filios: et accedẽs ad primũ dixit: Fili/ vade operari hodie in vineam meã. Ille aũt respondẽs ait. Nolo. Postea aũt penitẽtia mot⁹ abijt. Accedens aũt ad alterũ: dixit similiter. At ille respõdens ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis ex duob⁹ fecit voluntatẽ patris? Dicũt. Primus. Dicit illis iesus Amẽ dico vobis: quia publicani et meretrices precedẽt vos in regno dei. Uenit enim ad vos iohãnes in via iusticie et nõ credidistis ei. Publicani aũt et meretrices crediderũt ei. Uos aũt videntes: nec penitẽtiã habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Dñica.xxv. Offm



Hiere. 29. Dicit dñs ego cogito cogitatiões pacis et nõ afflictionis inuocabitis me et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatem vestrã de cunctis locis.
ps. 84. ps. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Oratio.

Excita dñe q̃s tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequẽtes pietatis tue remedia maiora percipiant. per d.

¶ Lectio hieremie prophete.
23. Ecce dies veniũt dicit dñs: et suscitabo dauid germẽ iustũ et regnabit rex et sapiens erit: et faciet iudiciũ et iusticiam in terra. In dieb⁹ illis saluabitur iuda: et israel habitabit confidenter. Et hoc est nomẽ quod vocabũt eum dñs iustus noster. Propter hoc ecce dies veniũt dicit dñs: et non dicẽt vltra viuit dñs qui eduxit filios israel de terra egypti sed viuit dñs qui eduxit et adduxit semen domus israel de terra aquilonis et de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc. Et habitabũt in ter-
ra sua: dicit dñs om̃ps. Gr. Liberasti ps. 63.
nos domine ex affligentibus nos et eos qui nos oderunt confudisti. V⁹. In deo laudabimur tota die et nomini tuo confitebimur in secula. Alla. V. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti saciat te. ¶ Secundum iohannem.
In illo tp̃e. Cum subleuasset 6
oculos iesus/ et vidisset quia multitudo maxima venit ad eũ: dicit ad philippũ: vnde emem⁹ panes vt mãducent hi? Hoc aũt dicebat tẽtans eũ. Ipse enim sciebat: quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducẽtorum denariorum panes nõ sufficiũt eis: vt vnusquisq; modicũ quid accipiat. Dicit ei vn⁹ ex discipulis ei⁹: andreas frater symonis petri. Est puer vn⁹ hic/ qui habet quinq; panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec: quid sunt inter tantos? Dicit ergo iesus. Facite homines discũbere. Erat aũt fenum multũ in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quinq; milia. Accepit ergo iesus panes: et cũ gratias egisset: distribuit discũbẽtib⁹. Similiter et ex piscibus: quantũ volebãt. Ut aũt impleti sũt dixit discipulis suis Colligite que superauerunt fragmẽta ne pereant. Collegerũt ergo/ et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorum: ex quinq; panib⁹ ordeaceis et duob⁹ piscibus que superfuerũt his qui manducauerant. Illi autẽ homines cũ vidissent quod fecerat signũ: dicebãt. Quia hic est vere propheta: qui venturus est in mundũ. Offm. De profũdis clamaui ad te domine domine exaudi orationem meã. Secreta

P Ropicius esto domine supplicationib9 nostris: et populi tui oblationibus precibusq; suscepis omnium nostrum ad te corda conuerte: vt a terrenis cupiditatib9 liberi ad celestia desideria transeam9 Per dominum. Com. Amen dico vobis quicquid orantes petitis: credite quia accipietis et fiet vobis. Postcōio.

C Oncede nobis dñe qs / vt sacramentum qd sumpsimus: quicqd in nra mente viciosum est: ipsi9 medicaminis dono curet. Per dñz.

¶ Fer. iiij. Ad thessalonicenses.

2.I. F Ratres. Gras agere debemus deo semper pro vobis ita vt dignum est: qm supercrescit fides vestra et abundat charitas vniuscuiusq; oim vestrum in inuicem ita vt nos ipsi gloriemur in ecclesijs dei p patientia vra et fide: in oib9 psecutionib9 vris et tribulationib9 q sustinet ; in exemplum iusti iudicij dei / vt digni habeamini regno dei: p quo et patimini. Si tn iustum est apd deum retribuere retributionem his q vos tribulant et vobis q tribulamini requiem nobiscum: in reuelatione dñi iesu de celo: cum angelis virtutis ei9 i flāma ignis dātis vindictā his q nō nouerunt deum: et q nō obediunt euangelio dñi nri iesu xpi. Qui penas dabunt i interitu eternas a facie dñi et a gloria virtutis ei9: cum venerit glorificari i sctis ei9: et admirabilis fieri in oibus q credunt in iesum xpm: dominum nostrum. Secundum lucam.

I N illo tpe. Dixit ies9 discipulis suis. Ite / ecce ego mitto vos: sicut agnos iter lupos. Nolite ergo portare sacculum / neq; peram neq; calciamenta: et neminem p viam salutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis: primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit fili9 pacis: requiescet sup illum pax vra. Si autem ad vos reuertet. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes q apd illos sunt. Dign9 est enim operarius: mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et i quamcunq; ciuitatem intraueritis et susceperint vos manducate q apponunt vobis: et curate infirmos q in illa sunt: et dicite illis Appropinquabit i vos regnum dei. In quamcunq; aute ciuitatem intraueritis et non receperint vos: exeuntes in plateas ei9 dicite. Etiam puluerem qui adhesit nobis de ciuitate vestra extergimus in vos. Tamen hoc scitote: quia appropinquabit in vos regnum dei.

¶ Fer. vi. Lectio zacharie prophete

H Ec dicit dñs de9. Gaude et letare filia syon: qz ecce ego venio et habitabo in medio tui: dicit domin9. Et applicabunt gentes multe ad dominum i die illa: et erunt michi in populum. Et habitabo i medio tui: et scies qz domin9 exercituum misit me ad te. Et possidebit domin9 iudam partem suam in terra sanctificata: et elegit adhuc hierlm. Sileat ois caro a facie domini qz consurrexit de habitaculo sancto suo: domin9 deus noster. Scdm marcum.

I N illo tpe. Dixit ies9 discipulis suis. Vigilate et orate: nescitis em qn tempus sit. Sicut hō qui peregre pficiscens reliquit domum suam: et dedit seruis suis potestatem cuiusq; opis: et ianitori precepit vigilare. Sic ergo vigilate: nescitis enim qn dominus domus veniat. Sero an media nocte: an gallicantu / an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem dico vobis / omnibus dico: vigilate.

¶ Incipit officium misse de quinq; vulneribus dñi nri iesu christi. Offiu.


Umiliauit semet-
ipsũ dñs nr̃ iesus xp̃s
vsq̃ ad mortẽ: mortẽ
autẽ crucis / ꝓpter qḋ
et deus exaltauit illũ:
et donauit illi nomen quod est su
per omne nomẽ. ps. Misericordias
domini: in eternum cantabo ꝯc. Gloria
patri. Humiliauit ꝯc. Kyrie ops pa
ter ingenite nobis miseris eleyſõ
⁊ cetera. Gloria in excelsis deo. Sẽp
dicitur extra aduentum ⁊ lxx. Or.

Domine iesu xp̃e fili dei viui
qui de celo ad terrã de sinu
patris descẽdisti: ⁊ in ligno crucis
quinq̃ plagas sustinuisti: ⁊ sanguinẽ
tuũ p̃ciosũ ĩ remissionẽ peccatoꝝ nr̃o
rũ effudisti te hũiliter dep̃camur:
vt in die iudicij ad dexterã tuã sta
tuti a te audire mereamur venite
bñdicti p̃ris mei. Qui cũ eodẽ pa:
tre ꝯc. Lectio zacharie prophete.

Hec dicit dñs deꝰ. Effundã de
spũ meo sup domũ dauid: et
sup habitatores hirlm: spm̃ grẽ ⁊
miserationis. Et aspicient ĩ me quẽ
trãsfixerũt ⁊ plãgẽt eũ quasi vnige
nitũ ⁊ dolebũt sup eũ: vt doleri so
let ĩ morte p̃mogeniti. In illa die:
erit planctꝰ magnꝰ ĩ hierlm ⁊ dicet
ei: q̃ sũt iste plage ĩ medio manuũ
tuaꝝ. Et dicet eis: his plagis pla:
gatus sũ in domo eoꝝ: q̃ me dilige
bãt. Framea suscitare sup pastorẽ
meũ: ⁊ sup virũ coherẽtẽ michi / di
cit dñs exercituũ. Percutiã pasto:
rem: ⁊ dispergẽtur oues gregis. Di
cit dñs omps. Gr. Improperiũ expe
ctauit cor meũ et miseriã: ⁊ sustinui qui
simul contristaretur ⁊ nõ fuit ꝯsolantem
me quesiui ⁊ nõ inueni. V. Et dederunt
in escã meã fel: et in siti mea potauerũt
me aceto. Alla. V. Aue rex noster iesu
xp̃e tu nr̃os solus errores ꝯ reatus mise

ratus pertulisti patri obediens ductus
es ad crucem vt agnus mansuetus ad
occisionem tibi gloria osanna tibi sum-
me laudis et honestatis chorea.
Infra lxx. dicatur iste tractus.

Iudica me deus ⁊ discerne causã
meã de gẽte nõ sctã ab hoĩe iniq̃
⁊ doloso eripe me: q2 tu es deus fortitu
tudo mea. V. Testes dñe iniqui insurre
xerunt in me traditus sum et mẽtita est
iniquitas sibi. V. Supra dorsũ meũ fa-
bricauerũt peccatores ꝓlongauerũt iniq̃ta
tem suã. V. Ipsi vero ꝯsiderauerũt et
inspexerũt me diuiserũt sibi vestimenta
mea ⁊ sup vestẽ meã miserunt sortẽ. V.
Foderũt manꝰ meas ⁊ pedes meos ⁊ di-
numerauerũt oĩa ossa mea ⁊ dolorẽ vul-
nerũ meoꝝ addiderunt. Sequentia.

Cenã cũ discipulis iesu cele-
brasti: ⁊ mortẽ ap̃lis palã nũ
ciasti. Et auctorẽ sceleris iudã de:
mõstrasti ⁊ egressus p̃rimus ortu:
lũ intrasti. Tũc p̃cedẽs dñs humi
se prostrauit ⁊ trãsferri calicẽ a se
postulauit. Sed p̃ris arbitrio illũ
cõmẽdauit: ⁊ mox ecce sanguinis
sudor emanauit. Iudas post hec
osculũ xp̃o dedit: cristi ad q̃d lquit
dñs amice venisti. Nunq̃d tradis
osculo quẽ iã vẽdidisti assistẽtes ꝑ
tinꝰ irruerũt ministri. Nox insõnis
itaq̃ tota ducebat nulla prorsus
requies iesu p̃stabat. Magistrorũ
ipsa plebs iniuriat alapis et cola
phis inocẽs mactat. Dũ iesum eri
pere pylatꝰ conatur iudeoꝝ furia
magis inflãmat. Et tumultꝰ ppl̃i
ingẽs excitatur ⁊ plebis vox into
nat vt crucifigat. Traditur militi
bus vinculis artat vndiq̃ vberibꝰ
corpꝰ cruẽtat. Caput regis glie ip̃is
coronat postq̃ flexis genibꝰ q̃sq̃s ir
ritat. Ecce caro tenera nr̃i saluato
ris ad colũnã nexa ter coarctatur lo
ris. Sic flagellis cedit ipm tortorẽ

P emanant riuuli rubei cruoris. Post per vrbis mediū iesus procedebat: ꝫ crucis patibulū humeris ferebas. Ad fores ꝗ hostia populus fluebat: eiusq; ꝯfusio oībus patebat. Ad pudoris cumulū iesu denudaris ꝗ vēto ꝗ frigori nud⁹ spoliaris. Innocens cū impijs in cruce dānaris ꝗ quasi dux scelerū medio locaris. Tenus ligno brachijs manus ꝯclauātur: corpus mēbra singula pedes perforātur. Nerui vene simili modo penis tractabant: pedum plāte dñi ferro ꝯclauātur. Fundunt riuos sanguinis mēbra saluatoris ꝑperet huc aīa tristis pctōris. Ut hauriat quippiā sacrati liquoris: quo frequenter liniat vulnera dolorꝫ. Loquēs ies⁹ postea sitio dicebat ꝗ acetū ꝑin⁹ felleq; miscebat. Ac infusū spōgia ori porrigebat qđ degustās paululū sumere nolebat. O mi iesu mirifice qđ est qđ agebas: tu de siti ꝯquerēs de cruce silebas. Nūqđ hic doloribus magꝫ sētiebas: sꝫ salutē poti⁹ nr̄am sitiebas. Uocē promēs vltimā patrē inuocasti: spm̄ in manib⁹ ei⁹ cōmēdasti. Dū clamore valido tādē expirasti: ꝗ salutē oīm ita cōsummasti. Sic ego supbio tu humiliaris: ego culpas perpetro tu penis grauarꝫ. Ego pomū morděo tu felle potarꝫ ego peto mollia tu dire cruciaris. Cui⁹ tantū valeat mēs vel ligua fari: qñ tū virgo creditur int⁹ cruciari. Dū cernit iā mortuū lat⁹ vulnerari: atq; nati viscera lācea rimari. Corp⁹ qđē mortuū iā nil sentiebat: sed militis lācea pectus aperiebat. Quā fixā ī latere filij videbat: vnde aqua sāguis mixta effluebat. Ad hāc ergo ꝑpera fōtem redemptoris: vt fluente quippiā haurias dulcoris. Atq; vite lauacrū preciū cruoris: quo tui curatio ꝓfluat languoris. Redemptor fideliū tu qui sic obisti ꝑ cruorem vulnerū de te quem fudisti. Reliquas orphanos quos sic redemisti: mitte nobis spm̄ tuū quē dedisti. Sumus qđē miseri rei pctōres: et multorū criminū magni debitores. Sꝫ sint tua vulnera tuiq; liuores ꝓ nobis ꝗ hostia ac intercessores. Iter eterne a gehēne salua supplicio: quos peccato soluis dato tue mortis precio. Iesu bone sic dispone horā nostri trāsitus: vt ad chorum angelorum noster pergat spiritus. Amen.

Scđm iohannem.

In illo tpe. Sciēs ies⁹ qꝫ iam 10
oīa ꝯsūmata erāt de ipso: vt ꝯsūmaretur scriptura dixit. Sitio. Uas ꝗ erat positū aceto plenū. Illi autē spōgiā aceto ysopo plenam circūponētes: obtulerūt ori ei⁹. Et cū accepisset ies⁹ acetū / dixit. Cōsūmatū est. Et īclinato capite emisit spm̄. Iudei ꝗ qm̄ parasceue erat: vt nō remanerēt ī cruce corpa sabbato. Erat enī magn⁹ dies ille sabbati: rogauerūt pylatū vt frāgerentur eorū crura ꝗ tollerent. Uenerūt ergo milites ꝗ pmi qđē fregerūt crura: ꝗ alteri⁹ q crucifix⁹ est cū eo. Ad iesū autē cū venisset vt viderūt eū iā mortuū: nō fregerūt eius crura. Sed vn⁹ militū lācea lat⁹ ei⁹ aperuit: ꝗ ꝯtinuo exiuit sāguis ꝗ aqua. Et q vidit testimoniū phibuit: ꝗ scimus qꝫ verū est testimoniū eius.

Credo. Offer. Insurrexerūt in me viri iniq; ꝗ absq; mīa quesierūt me interficere ꝗ nō pepercerūt in faciē meā spuere: et lanceis suis vulnerauerūt me: et cōcussa sunt omnia ossa mea.

Secreta.

Domine iesu xpe q pro nobis redēptiōe crucis lignū ascēdisti: vt vulneri⁹ mūdus q in tene

duis erat illuminaret: illā qs lucē in
alas & corpora nr̄a semꝑ infūde: ꝑ
quā ad eternā lucē puenire merea
mur. Qui viuis & regnas cū deo.
s. 21. Prefatio. Qui salutē. Cōio. Fode
runt manus meas et pedes meos et di
numerauerunt oīa ossa mea. Postcōio.

Domine iesu xp̄e q̄ hora diei
sexta p redēptiōe mūdi cru
cis patibulū ascēdisti: et sanguinē
tuū preciosū i remissionē pctōꝝ no
stroꝝ fudisti / te hūilit̄ dep̄camur:
vt per tue passiōis & vulneꝝ tuoꝝ
merita post obitū nr̄m paradisi ia
nuā gaudēter itroire mereamur.
10 Qui viuis & regnas cū d. In vni.
In dedicatiōe ecclesie. Officiū.



Erribilis est
29. D locus iste / hic do
mus dei est: & por
ta celi et voca
bitur aula dei.
Ps. Quā dilecta
tabernacula tua
domine virtutum: concupiscit et deficit
anima mea in atria domini. Oratio.

Deus qui nobis p singulos
ānos huius sancti tēpli tui
cōsecratiōis reparas diem: et sa
cris semꝑ mysteriꝭ repreſētas in
columes: exaudi preces populi tui
et presta: vt quisquis hoc tēplū
beneficia petiturus igreditur: cū
cta se impetrasse letetur. Per do.
Lectio libri apo. vel iohānis apli.
21. In diebꝰ illis. Vidi ciuitatē
sanctā hierusalē nouā descē
dentē de celo: a deo paratam sicut
sponsam ornatā viro suo. Et au
diui vocem magnam: de celo dicē
tem. Ecce tabernaculū dei cū hoī
bus: & habitabit cū eis. Et erit eo
rum deus: & ipsi populus eiꝰ erunt
et ipse dn̄s cū eis erit eorum deus
Et absterget deus oēm lachrimā
ab oculis eorum: & mors vltra nō
erit neq̄ luctꝰ neq̄ clamor neq̄ do
lor erit vltra: que prima abierūt.
Et dixit: qui sedebat i throno. Ec
ce noua: facio omnia. Gr. Locus
iste a deo factus est inestimabile sacra
mentum irreprehensibilis est. V. Deus
cui astat angelorum chorus: exaudi pre
ces seruorum tuorum. Alleluya. V.
Adorabo ad templum sanctum tuum & ps. 137.
confitebor nomini tuo. Si hoc festū
in. lxx. contigerit oīs. Tractus.

Quam dilecta tabernacula tua do
mine virtutum cōcupiscit et defi
cit anima mea in atria tua. V. Cor meū
& caro mea exultauerūt in deū viuū. V.
Etenī passer īuenit sibi domū & turtur
nidū vbi reponat pullos suos. V. Alta
ria tua dn̄e virtutum rex meus & deus
meus. V. Beati qui habitāt in domo tua
dn̄e: in secula seculorum laudabunt te.
Si vo. i tp̄e paschali ↄtigerit scdm
Alleluya erit de resurrectiōe vel
de ascēsiōe vel de pēthe. Sequētia

Rex salomō fecit templū cu
ius instar & exemplū xp̄s et
ecclesia. Huius hic est īperator fū
damētū & fundator mediāte gra
tia. Quadri tēpli fundamēta mar
morea sunt instrumēta parietum
paria. Cādēs flos est castitatis la
pis quadrus i prelatis virtꝰ & con
stantia. Longitudo latitudo tēpli
q̄ sublimitas. Intellecta fide re
cta sūt fides spes & charitas. Sed
tres partes sūt in tēplo trinitatis
sub exēplo ima summa media. Ima
signat viuos cunctos & secūda iā
defunctos rediuiuos tertia. Sera
genos queq̄ per se & ter tātū vni
uerse habēt alti cubitos. Horum
triū tres ↄuentus trinitati dāt cō
centus vnitati deditos. Diuisio.
Tēpli cultus extat multus cyna

monilis arbor domus mirrha stacte cassia. Que honor decus morum atque bonos preciis sonos sint significatia. In hac casa cuncta vasa sunt ex auro de thesauro prelecto penitus. Nam magistros et ministros decet doctos et excoctos igne sancti spiritus. Hec ex bonis salomonis que rex david preparavit fiunt edificia. Sed in lignis rex insignis vivit et cuius viri tractant artificia. Nam ex gente iudeisque sicut templum exterisque conditor ecclesia. Christe qui hanc et hos unis lapis vivus et communis tibi laus et gloria. Secundum lucam.

19 a 

IN illo tempore. Egressus iesus: perambulabat hiericho. Et ecce vir nomine zacheus: et hic erat princeps publicanorum: et ipse dives. Et querebat iesum videre quis esset/ et non poterat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sycomorum ut videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum/ et dixit ad eum: zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes/ murmurabant dicentes: quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem zacheus: dixit ad iesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum. Et ait iesus ad eum. Quia hodie salus huic domui facta est: eo quod et ipse sit filius abrahe. Venit enim filius hominis querere et salvum facere: quod perierat. Credo.

Offertorium. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli universa: et 1.Par. 30.
populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio deus israel custodi hanc voluntatem. Secreta.

Annue domine quesumus precibus nostris: ut quicumque intra templi huius cuius anniversarium dedicationis diem celebramus ambitum continemur plena tibi atque perfecta corporis et anime devotione placeamus: ut dum hec presentia vota reddimus ad eterna premia te adiuvante pervenire mereamur. Per dominum nostrum. Communio.

Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus in ea omnis qui petit Math. 19.
accipit et qui querit invenit et pulsanti aperietur. Postcommunio.

Deus qui ecclesiam tuam sponsam vocare dignatus es ut que habebat gratiam per fidei devotionem haberet etiam ex nomine pietatem: da ut omnis hec plebs nomini tuo deserviens huius vocabuli consortio digna esse mereatur: ut in hoc templo cuius anniversarius dedicationis dies celebratur tibi collecta: te timeat/ te diligat/ te sequatur: ut dum iugiter per vestigia tua graditur ad celestia promissa te ducente pervenire mereatur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In vigilia sancti andree apostoli. Ad missam. officium. Dominus secus. ps. Celi enarrant. Oratio. Quesumus omnipotens deus. Secunda oratio de sancto saturnino. iii. pro pace ecclesie. Si ante adventum evenerit vel pro peccatis vel alia quam precentor instituerit dicenda. Si infra adventum evenerit. prima oratio de vigilia. ii. de sancto sa-

turnino.iij.de adūt.iiij.de dn̄a.e.v
de oib⁹ sctis quocūq3 die euenerit
pretercꝫ in dn̄ica. Et si in dn̄ica cā
tetur missa de vigilia ad altare ca
pitulare dicūtur tres oratiōes scꝫ
prima de vigilia scd̄a de sancto sa
turnino.iij. de oībus sctis cū Alla.
et Credo. scꝫ sine sequentia et tunc
ad missā de dn̄ica due oratiōes scꝫ
de dn̄ica et de dn̄a sub vna ꝯclusiōe.
In minorib⁹ vō ecclesijs vbi vna
tantū celebratur missa totū serui.
fiat de dn̄ica cū memoria de sācto
saturnino et de dn̄a et post missā
fiat commemoratio de vigilia.

C In vigilia sancti andree apo
stoli.

Officium.



Math. 4. C Ominꝰ secꝰ mā
re galilee vidit du
os fratres petrū et
andreā: et vocauit
eos: venite post me
faciam vos fieri pi
scatores hoīm. ps. At illi ꝯtinuo reli
ctis rhetibus secuti sunt eum. Oratio

Q Uesumꝰ oīps deus: vt beatꝰ
andreas apostolꝰ: tuū ꝓ no
bis imploret auxilium: vt a nr̄is
reatibus absoluti: a cūctis pericu
lis eruamur. Per dominū nostrū.
Memoria de sctō saturnino. oro.

D Eus q̄ nos beati saturnini
martyris tui ꝯcedis nata
litio perfrui: eiꝰ nos tribue meri
tis adiuuari. p. Epl'a. Benedictio
dn̄i. Gr. Nimis honorati. vꝰ Dinu.
etc. Post vsū repetat gradale nisi
fuerit dn̄ica: q2 tūc dicet. Alla. vꝰ
Justus nō ꝯturbabit. sine repetitiōe
grad. Et notādū q3 gnāliter p totū
annū qn̄ vigilia alicuiꝰ sctī i dn̄ica
ꝯtigerit. dicet ad missā de vigilia.
Alla i excel. Alla. sed sine seqn̄
tia: q2 nunq̄ dꝫ sequi. ad mis. i ali

qua vigi. nisi i vig. nati. dn̄i sit dn̄i
ca euene. q2 maior missa ibi erit de
vigilia: et tūc dicet seq̄. pertinens
ad dn̄icā cū Credo. Jte missa est.
si tēpus pmiserit. Scdm iohannē.

I N illo tpe. Stabat iohānes: 9.
et ex discipulis eiꝰ duo. Et re
spiciēs iesum ambulantem: dicit.
Ecce agnꝰ dei. Et audierūt eū duo
discipuli loquētē: et secuti sūt iesū.
Cōuersus aūt iesus et videns eos
sequētes se: dicit eis. Quid q̄ritis? F
Qui dixerūt ei. Rabbi qd̄ dꝫ inter
pretatum magister. Vbi habitas
Dicit eis. Venite: et videte. Vene
rūt et viderunt vbi maneret: et apd̄
eum manserunt illo die. Hora au
tem erat quasi decima. Erat autē
andreas frater symonis petri: vnꝰ
ex duobus qui audierant a iohan
ne / et secuti fuerant eum. Inue
nit hic primum fratrem suum sy
monem: et dicit illi. Inuenimus
messiam. Quod est interpretatum
christus. Et adduxit eum: ad ipsū.
Intuitus autem iesꝰ: dixit. Tu es
symon filius iohanna: tu vocabe
ris cephas. Quod interpretatur
petrꝰ. In crastinū autē voluit exi
re in galileam: et inuenit philippū.
Et dicit ei. Sequere me. Erat autē
philippꝰ a bethsaida: ciuitate an
dree et petri. Inuenit philippꝰ na
thanaelem: et dicit ei. Quem scri
psit moyses in lege et prophete: in
uenimꝰ iesum filium ioseph a na G
zareth. Et dixit ei nathanael. A na
zareth potest aliquid boni esse.
Dicit ei philippus. Veni et vide.
Vidit iesus nathanaelem venien
tem ad se: et dicit de eo. Ecce vere is
raelita: in quo dolus non est. Di
cit ei nathanael. Vnde me nosti?
Respondit iesus: et dixit ei. Priusq̄
te philippꝰ vocaret cum esses sub

ficu: vidi te. Rñdit ei nathanael:
& ait. Rabbi/tu es fili9 dei:tu es
rex isrl. Rñdit iesus:& dixit ei. Q2
dixi tibi/vidi te sub ficu cred3:ma
ius his videbis. Et dicit eis. Amē
amen dico vobis:videbitis celum
apertum& angelos dei ascenden
tes & descēdētes super filiū hois.
Offer. Gloria et honore. Secreta.

Sacrandū tibi dñe munus offe
rimus:quo beati andree solēnia
recolētes purificationē quoq3 nřis
mētib9 iplorām9. p. Aliud secretū.

Munera tibi dñe dicata sācti
fica:& itercedēte btō satur
nino martyre tuo p eadē nos pla
catus itende. p. Pfatio. cōis sicut i sin
gulis vigilijs preter q i vig. pasche.

Johā. I. F — Cōio. Dicit andreas symoni fratri suo
inuenimus messiam qui dicitur christus
et adduxit eum ad iesum. Postcōio.

Perceptis dñe sacramentis
suppliciter exoramus:vt in
tercedēte btō andrea apostolo tuo
que pro illius veneranda gerim9
passione nobis pficiant ad mede
lam. Per. Aliud postcommunio.

Sanctificet nos dñe q̃s tui p
ceptio sacramēti & intercessio
btī saturnini martyr3 tui tibi red
dat acceptos. p. In die ad missā
Offm. Michi aūt nimis. Que hic
& in inceptis breuiata sūt i cōi scriba
tur. Missa i excel. Si ante aduētū
euen. vel si dñica est q̄ sep ad missā
de die dr̄ Missa i excelsis. quotiens
de ieiun. precedit ad matu. Orō.

Maiestatē tuā dñe suppliciter
exoram9: vt sicut eccl'e tue
beatus andreas apostolus extitit
pdicator & rector:ita apud te sit pro
nobis perpetuus intercessor. Per.
Memoria de aduentu & dñica si in
fra aduentum euenerit. Lectio epy
stole beati pauli apli. Ad romanos.

Fratres. Corde creditur ad iu
sticiā:ore aūt confessio fit ad sa
lutē. Dicit enim scriptura. Oīs q̄ cre
dit i illū:nō confundet. Nō enī est distin
ctio iudei & greci. Nā idē dñs om
nium diues i oīb9 q̄ inuocāt illū. Oīs enī
quicūq3 inuocauerit nomē dñi: saluus
erit. Quō ergo inuocabūt:i quē nō
crediderūt. Aut quō credēt ei:quē nō
audierūt. Quō aūt audiēt:sine pdi
cāte. Quō vero pdicabūt:nisi mit
tātur. Sicut scriptū ē. Quā specio
si pedes euāgelizātiū pacē:euāgeli
zātiū bona. Sed nō oēs obediūt euā
gelio:esaias aūt dicit. Dñe:q̄s cre
didit auditui nřo. Ergo fides ex au
ditu:auditus aūt p verbū xp̄i. Sed di
co. Nunq̄d nō audierūt. Et q̄dē i
oēm terrā exiuit sonus eor3:& i fines
orbis terre verba eorū. Gr. Cōsti
tues eos. Alla. Vs. Dilexit andream Ecclia
dñs:in odorē suauitatis. Sequentia.

Sacrosctā hodierne festiuita
tis pconia. Digna laude vni
uersa cathegorizet eccl'ia. Mirifici
mi sctōr scēlimia extollendo meri
ta apli andree admirāda pfulgētis
gra. Hic accepto a iohāne baptista
nō venisset q̄ tolleret pctā. Mox
eius ītrās habitaclā audiebat eloq̄a
Inuētoq3 frē suo bariona. Inue
nim9 ait quās messiā. Et duxit eū
ad dulcissimā saluatoris presentiā
Hic pscrutātē maria xp̄i vocauit
clemētia. Artē piscādi remutās di
gnitate aplica. Cui9 alam post cla
ra festi paschalis tpa. Sctī spūs p
clara plustrauit potētia. Ad pdicā
dū ppl'is penitētiā. Et dei pris p fi
lium clemētiā. Gratulare ergo tāta
pce achaia. Illustrata eius saluta
ri doctrina. Honorata multimo
da signorum frequētia. Et tu ge
mēs plora trux carnifex egea. Te
lines īterna & mors tenet eterna.

Et andreā felicia p crucē manent gaudia. Iā regē tuū spectas iā adoras iā i ei⁹ cōspectu ādrea stas. Odore suauitat; iā aspiras quē diuini amoris aroma dat. Sis ꝙ nobis lelita. Dulcedo spirās intima. Celest; vite balsama. S. mathei.

IN il. t. Ambulās iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres: symonē q̄ vocat̄ petrus ⁊ andreā frēm ei⁹ mittētes rhete i mare. Erāt eī piscatores. Et ait illis. Venite post me: faciā vos fieri piscatores hoīz. At illi ꝯtinuo relict; rhetib⁹: secuti sūt eū. Et ꝓcedēs vidit duos alios frēs: iacobū zebedei ⁊ iohānē fratrē ei⁹ i naui cū zebedeo prē eoꝝ: reficiētes rhetia sua. Et vocauit eos. Illi aūt statī relict; rhetib⁹ ⁊ prē: secuti sūt eū. Credo. Offi. Michi aūt nimis ho. Secr.

SAcrificiū nrm tibi dñe q̄s btī ādree apli tui ꝓcatio scrā cōsiliet: vt cui⁹ honore solēnit̄ exhibetur/ merit; efficiat̄ acceptū. p d.

Pref. Et te dñe supplicit̄. Com. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominū: at illi relictis rhetibus et naui secuti sunt dominum. Postcōio.

SUmpsimus dñe diuina mysteria btī andree festiuitate letātes: que sicut sanctis tuis ad gliam ita nobis q̄s ad veniā prodesse perficias. Per dñz. ¶ Infra octa. scti ādree ad missā. Offi. Michi autē. ꝛc. sicut i die ꝑter sequē. ⁊ Credo. ꝫ cū pfa. Et te dñe sup.

¶ Sctoꝝ marty. crisanti ⁊ darie. Offi. Intret in ꝯspectu. or. De⁹ qui nos ꝯcedis. ut cōi. mrm. Sctī ꝑ fide. Gr. Clamauerunt. Alla. p. Tradiderunt. Euāgel. Descendēs iesus. Offi. Letamini. Com. Multitudo languentium. ¶ In festo sancti nicolai. Offi. Statuit ei. Oratio

DEus q̄ beatū nicolaū pōtificē tuū innumeris decorasti miraculis: tribue nobis q̄s/ vt ei⁹ meritis ⁊ ꝑcib⁹ a gehēne icēdijs liberemur. p d. ¶ Mēo. de aduē. ꝛc. de dña de sctō ādrea ⁊ de oib⁹ sanctis vel alia ad placitū. Epla. Ecce sacerdos. Gr. Ecce sacerdos. Alla. p. Tumba sancti nicolai sacrum resudat oleū quod egros sanat. Sequētia.

COngaudētes exultem⁹ vocali cōcordia: ad btī nicolai festiua solennia. Qui in cunis adhuc iacēs seruādo ieiunia. A papilla cepit summa promereri gaudia. Adolescēs amplexat̄ litarū studia. Alien⁹ et immunis ab oī lascīuia. Felix ꝯfessor cuius fuit dignitat; vox de celo nūcia. Per quā ꝓuect⁹ presulat⁹ sublimat̄ ad sūma fastigia. Erat in ei⁹ aīo pietas eximia: ⁊ oppssis ipēdebat multa bñficia. Auro per eū virginū tollitur infamia atq; patris earūdem leuatur inopia. Quidam naute nauigātes ⁊ cōtra fluctuum seuitiā luctātes naui pene dissoluta. Iā de vita desperantes: in tāto positi periculo clamātes voce dicūt omnes vna. O btē nicolae nos ad maris portū trahe de mortis angustia. Trahe nos ad portū maris tu q̄ tot auxiliaris pietatis gra. Dū clamarēt nec incassū: ecce q̄dā dicēs assū ad vra presidia. Statī aura dat̄ grata ⁊ tēpestas fit sedata quieuerūt maria. Ex ipsius tūba manat vnctionis copia. Que infirmos oēs sanat per eius suffragia. Nos qui sumus in hoc mūdo vicioꝝ in profundo iam passi naufragia. Glo se nicolae ad salutis portū trahe: vbi pax et gloria. Ipsā nobis vnctionem impetres a dño prece pia Qua sanauit lesionē multoꝝ pec-

carminum in maria. Cuius festum celebrantes gaudeant per secula Et coronet eos christus post vite curricula. Euāgel. Homo quidam peregre. Offer. Veritas. Secreta.

S Anctifica q̄s dn̄e oblata munera: que in veneratione sancti antistitis tui nicolai offeruntur: vt per ea vita nr̄a inter aduersa vbique/et prospera dirigatur. Per dn̄m. Cōio. Fidelis seruus. Postcōmunio.

S Acrificia que sumpsimus dn̄e pro solemnitate scti pontificis tui nicolai sempiterna nos protectione cōfirment. Per dominū.

¶ In octa. scti andree. Offi. Michi autē ni. ⁊ cetera sicut i die sz sine Glia in excels. sine Credo. Orō.

P Rotegat nos dn̄e sepius btī andree apostoli repetita solēnitas: vt cuius patrocinia sine intermissiōe recolimus: perpetuam defensionem sentiamus. Per dn̄z Epla ⁊ euangelium in die. Secreta

I Ndulgentiam nobis q̄s dn̄e prebeat hec munera largiorem: que venerabilis ādree suffragiis offeruntur. p dn̄m. Postcōio.

A Diuuet familiā tuā tibi dn̄e supplicando beatus andreas apls ⁊ pius interuētor efficiatur: qui tui nobis extitit p̄dicator. p do.

¶ In festo cōceptiōis btē marie virgis. Ad missā sicut i natiuitate eius mutato nōie natiuit. in nomē cōceptionis. Sequētia vt in natiuitate mutata tn̄ hac dictiōe natiuitatis in conceptionem. ¶ Scte lucie virginis. offi. Dilexisti. Oratio.

E Xaudi nos deus salutaris nr̄: vt sicut de btē lucie virginis ⁊ martyris tue festiuitate gaudemus ita pie deuotiōis erudiamur affectu. p d. Memo. de aduētu ⁊ de dn̄a. Epla. Sapientia vincit maliciā. Gr. Dilexisti. Alleluya. ℣. Diffusa est. Seq. Exultemus. vt in cōi. Euāge. Simile ē regnū celorū thesau. ab. Offer. Offerentur. Minor. Secreta.

A Ccepta tibi sit dn̄e sacrate plebis oblatio pro tuorū honore sctōrū: quorū se meritis percepisse de tribulatiōe cognoscit auxiliū. P d. Memoria de aduē. et de dn̄a. Cōio. Diffusa est. Postcommunio.

S Aciasti dn̄e familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s semper interuentiōe nos refoue: cuius solēnia celebramus. Per d. Mēo. ut s.

¶ In vigilia scti thome apli. offi. Ego autem. Cōcede nobis q̄sumus Epla. Beatus vir q̄ inuētus est sine macula in cōi vnius mar. Gr. Iustus vt palma si dn̄ica fuerit. Alla. ℣. Iustus nō cōturbabitur. Euāge. Hec mādo vobis. Offer. Gloria et honore co. Cōio. Magna est gloria. ¶ Si vigilia aliquo die quatuor tēpm cōtingat qualiter ⁊ de quibus misse sunt celebrande. vide s. ante sabbatū quatuor tēpm in aduētu in die ad missam. offi. Michi autem. Orō.

D A nobis q̄s dn̄e btī apostoli tui thome solēnitatibus gloriari: vt eius semper ⁊ patrociniis subleuemur et fidem congrua deuotiōe sectemur. Per do. Mēo. de aduentu. ⁊ de dn̄a. Epla. Iā non estis hospites. Gr. Constitues eos. Alla. ℣. In omnē. Seq. Clare sanctorū. vt in cōi. Scd̄m iohannem.

I N illo tēpore. Thomas autem vnus de duodecim qui 20 f
dicitur didimus: nō erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum/⁊ mittam digitū meū i locū clauorū/⁊ mittam manum meā

in latus eius: nõ credam. Et post dies octo: iterũ erant discipuli ei9 intus/ et thomas cũ eis. Uenit ie9 ianuis clausis: et stetit ĩ medio et dixit. Pax vobis. Deinde dixit thome Infer digitũ tuũ huc/ et vide man9 meas: et affer manũ tuã/ et mitte ĩ latus meũ. Et noli esse icredul9: sz fidelis. Respõdit thomas: et dixit ei. Dñs meus: et deus me9. Dixit ei iesus. Qr vidisti me: credidisti. Beati q̃ nõ viderũt: et crediderũt. Credo. Offer. In oẽm terrã. Secreta.

Debitum domie nostre reddimus seruitutis / suppliciter exorãtes: vt suffragiis beati thome apli tui ĩ nobis tua munera tuearis: cuius honorando cõfessionem laudis tue hostias imolam9. p. dñz. Cõio. Mitte manuũ tuam et cognosce loca clauorum alleluya: et noli esse icredulus sed fidelis allã allã. Postcõio.

Conserua dñe pplm tuum: et quẽ sanctorũ tuorũ presidiis non desinis adiuuare: perpetuis tribue gaudere remediis. Per do. ¶ Scti siluestri pape et ↄfessoris. Offm. Sacerdotes tui. Oratio.

Da q̃s oĩps de9 vt btĩ siluestri ↄfessoris tui atq3 põtificis veneranda solẽnitas: et deuotionẽ nobis augeat et salutẽ. p. Epla. Ecce sacerdos mã. Gr. Ecce sacer. Allã. V. Inueni dauid. Euãg. Hõ q̃dã peregre. Credo. Offer. Inueni. Secr.

Sancti tui nos q̃s dñe vbiq3 letificent: vt dũ eorũ merita recolimus patrocinia sẽtiam9. p do. Prefa. Quia per icarnati verbi. Cõio. Beatus seruus. Postcõio.

Presta q̃s oĩps de9: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes bñficia potiora sumamus Per do. ¶ Sancti felicis presbyteri. Offm. Os iusti medi. Oratio.

Concede quesum9 oĩps de9: vt ad meliorẽ vitam sctõrũ tuorum exempla nos prouocẽt: quatinus quorum solennia agimus etiam actus imitemur. Per do. Epla. Testificor corã deo. Gr. Iurauit. Allã. V. Posui adiutoriũ. Euãg. Sint lumbi. vl. q̃s filii9 hois. Offer. Gloria et honore. Secreta.

Hostias tibi domine beati felicis confessoris tui dicatas meritis benign9 assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per. Cõio. Posuisti domine. vt in cõmuni. Postcõio.

Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis: vt cuius solennia celebramus: ei9 orationibus adiuuemur. Per. ¶ Sancti mauri abbat. Offm. Os iusti. or. Intercessio. in cõi. Epla. Dilectus deo. Gr. Dñe preuenisti. Allã V. Iste sãctus. Euãg. Qui vos audit. Offer. Ueritas. Cõio. Beat9 ser. ¶ Sancti marcelli pape et martyris. Officium. Statuit. Oratio.

Preces populi tui q̃s dñe clementer exaudi: vt beati marcelli martyris tui atq3 pontificis meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per. Epla. Plures facti sunt sacerd. in cõi plurimorum confes. Gr. Inueni dauid. Allã. V. Iustus germinabit. Euãg. Uigilate q2 nescitis. Offer. Ueritas. Secreta.

Suscipe q̃s dñe munera tibi dignãter oblata: et btĩ marcelli martyris tui atq3 pontificis suffragãtib9 meritis: ad nr̃e salutis auxilium prouenire ↄcede. Per do. Cõio. Dñe quinq3. Postcomunio.

Satiasti domine familiã tuã muneribus sacris ei9 q̃s sẽper interuentione nos refoue: cuius solennia celebram9. Per dominũ.

¶ Sancti anthonii confessoris ꝛ mo-
nachi. Officium. Os iusti. Oratio. Ubi supra in
cōi. Epistola. Iustus cor suum. Graduale. Os
iusti medi. Alleluia. Iste sanctus. Euangel.
Nemo accendit luc. Offertorium. Veritas.
Communio. Fidelis seruus. ¶ Sancte prisce virgi-
nis ꝛ martyris. Officium. Loquebar de te. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beate prisce
virginis ꝛ martyris tue nata-
licia colimus: ꝛ annua solennitate lete-
mur: ꝛ tante fidei proficiamus exemplo.
Per dominum. Epistola. Domine deus meus. Graduale.
Specie tua. Alleluia. Adducentur. Euangel.
Simile est regnum celorum
thesauro. Offertorium. Filie regum. Secreta.

Hostias quesumus domine quas in sanctorum
tuorum natalitiis recensentes
offerimus: ꝛ vincula nostre prauitatis
absoluat: ꝛ tue nobis miseri-
cordie dona conciliet. Per dominum. Infra.
Communio. Feci iudicium. Postcommunio.

Quesumus domine salutaribus reple-
ti muneribus: vt cuius solennia
celebramus: eius orationibus adiuuemur.
Per. ¶ Sancti germanici mar. Officium.
Letabitur iustus. Oratio. Presta quesumus. In cōi.
